



00
Kr

2947
Am



Dissertatio Juridica,

De

**PROMISSIONIBUS
GENEROSEA FIDE
VALLATIS,**

Vulgò
Don der



avaliers = Parole,

oder dem Edel. Wort/

QUAM,

Triade sacrosanctâ auspice,

SUB PRÆSIDIO

VIRI Excellentissimi, Prænobilissimi, Consultissimique

DN. HERMANNI ZOLLII,

JCti, & in hac alma propter Visurgim Hafsö-Schaum-
burgica Universitate Antecessoris PRIMARII,

Præceptoris, & Fautoris sui plurimùm colendi,

Publicè ventilabit

AUTOR

DIETERICUS CHRISTOPHORUS

à BARNER, Equ. Megapolit.

D. 20. Decemb. 1695.

IN JCTORUM AUDITORIO.



R I N T H E L D I,

Typis HERMANNI AUGUSTINI ENAX, *Academ. Typogr.* M DC XCV.



SERENISSIMO
PRINCIPI ac DOMINO,
DOMINO
JOHANNI
ADOLPHO,

Duci Saxoniae, Juliaci, Cliviae & Montium,
Angriae item ac Guesphaliae, Landgravio Thuringiae,
Marggravio Misniae, & utriusque Lusatiae, Principi
Comiti Hennebergiae, Comiti Marcae, Ravensbergae,
& Barbiae, Dynastae Ravensteinii,


DOMINO MEO CLEMENTISSIMO,

Cum calidissimo securi regiminis, omnigenaeque felicitatis voto,
Qualescunque haec studiorum,
Largiter ab Ipsius SERENITATE haecenus fotorum,
Primitias,
in mentis,
Pro tot tantisque beneficiis gratisimae,
Tesseram,
Suique ulteriorem commendationem ac tutelam,
Offert atque consecrat.

Ipsius SERENITATIS

Humillimus, & ad cineres usque devotissimus Servus,

DIETERICUS CHRISTOPHORUS à BARNER,
Eques Megapolitanus,



L. S.

Fidem suam servare illibatam, veteres tantæ gloriæ sibi duxerunt atque laudi, ut quidvis ferè sustinuissent potius, quàm ut illam ullò violassent modò. Romanos divinis etiam honoribus coluisse *Fidem*, ipsique publicè sacrasse aliquod templum, videre est apud *Joh. Rosinum in Antiquit. Rom. L. 2. c. 18. p. m. 168.* & *Alexandrum Donatum in Roma veteri ac recenti L. 2. c. 8. in f. L. 3. c. 3. p. 167. in med. c. 15. p. 235. seq.* *Tacitum* verò Germanorum imprimis fidem scriptis suis celebrasse passim, legi potest in ejus *Annal. L. 14. c. 54.* ubi inter alia refert: *nullos mortalium armis aut fide ante Germanos esse; & Svetonius* in immortalem eorum scribit laudem: Imperatorem Galbam pronunciasse, *quod Germana gens multis experimentis fidelissima esset. Confer que habet Dn. à Lohenstein in Arminio P. 1. L. 6. p. 870.* Et hæc fides per multa annorum secula salva conservata fuerat atque illæsa. Quapropter etiam Elector Sax. *Joh. Fridericus à Carolo V.* Imperatore superiori seculo ad Muhlbergam victus, maluit fidei Nobilis cujusdam Germani, admodum Juvenis, quàm Hungaris sese permittere aut Hispanis, utut hi iterum atque iterum ipsi omnem promitterent securitatem atque tutamentum, teste *Schardio Tom. 2. Rer. Germ. f. 506. seqq.* Ast ô Jupiter! exclamo cum Terentio, ubinam hodie fides? (Attica nimirum, Punica enim etiamnum datur) Etenim nostris moribus atque temporibus per tristem rerum catastrophem eò, proh dolor! procedit hominum malitia, ut fidem datam ne flocci quidem, imò nihili plane sæpiùs pendant, & sanctissimas etiam promissiones susque deque habeant, uti graviter de eo

A

con-



conqueritur *Freudenberg de Rescript. Moratoriis tit. 7. concl. 30.*
 Imprimis autem Nobilium quosdam miror, qui servile esse
 putant, verbis semet adstringere, & talem sibi scribere velle
 legem, à qua pro lubitu quis recedere non possit, provocan-
 tes ad illud *ἀδοξον*: Man müsse kein Slav seiner Worte seyn/
 Versprechen wäre Edelmannisch/ halten aber stünde Bäuerisch.

Regia crede mihi res est promittere multum,

Sed servare fidem rusticitatis opus.

Verum enim verò nesciunt hi jactabundi & gloriosi Teren-
 tiani Thraones illud *Cornelli Nepotis*: Non liberalis sed levis est,
 polliceri, quod præstare non possis: Promissis enim, canit
Ovidius L. 1. de Arte, dives quilibet esse potest. Dignum sa-
 nè illud esset absurdum, ut in familia Plutonis perpetuò jace-
 ret sepultum, ejus verò impudentes assertores mererentur, ut
 ad Garamantes usque proscriberentur, aut, si mallent in terris
 nostris commorari, ut silentium ipsis imponeretur æternum.
 Quibus unica saltem in cerebro mica salis est, illi longè aliter
 sentiunt, & nihil magis quàm violationem fidei dedecere at-
 que infamare Nobilium ordinem credunt. Quæ etiam senten-
 tia sanæ innititur rationi atque legibus. Et quamvis hæ in vi-
 liori interdum habeantur pretio, imò sæpius proculcentur ab
 illis, quibus de peiori luto finxit præcordia Titan; attamen
 perversa ac corrupta plane ejusmodi Judicia nobis spernenda
 veniunt penitè. Neque officit, quod sic libertas illa natura-
 lis, vi cujus quilibet facere potest id, quod libet, aliquantum
 restringatur; Eò enim, inquit *Cicero* servi sumus legum, ut
 liberi esse queamus. Ego existimaveram ita: Si fidem fallere
 grave est *l. 1. pr. ff. de const. pecun.* & nihil tam naturale habetur
 atque humanæ fidei conveniens, quàm ea, quæ placuerunt, ser-
 vare *l. 1. pr. ff. d. Pact. l. 12. C. d. action. Emt.* grave utique erit,
 imò gravissimum, si eam fallunt nobiles. *Addat. Menoch. conf.*
716. n. 9. Vult. vol. 4. conf. 46. n. 166. Quò enim splendidiori
 quis præditus est dignitate, quò majori pollet auctoritate, &
 quò sublimiori honorum locatus est speculâ, eò feèdior in eo
 est



est fraus atque fidei violatio *Mylerus ab Ehrenbach de Nomologia Ordin. Imp. c. 1. §. 2. Hippolytus à Collibus in Principe suo c. 10. p. m. 391.* Cum quo consentit *Pierre Matthieu Gallus*, dicens: *La tromperie est par tout odieuse, mais d'avantage aux Princes, dont la parole doit être immuable.* Sæpius namque ita comparatum cum rebus est humanis, ut, quod apud civici ordinis homines, plebisque fecem peccatum est, id apud Nobiles, Illustres & in magno honoris fastigio constitutos habeatur pro facinore. Vera igitur verba sunt illius *J. Cti*, inquentis: quæ (perfidia scil.) ut in homine abjectissimo non toleranda, ita in Rege & viro abominanda venit politico. *conf. Reinking. de Regim. Secul. & Eccles. L. 1. class. 1. c. 5. n. 51.* Quapropter etiam ipse DEUS, qui nulla constituta alias obligatur lege, se hac lege, ut promissis stet, obligari velle profitetur, quia nimirum id maxime convenit ipsius naturæ. *Guilielm. Grotius de Princip. Jur. N. c. 15. §. 4.* Proin cum mihi ex *Visurgina* hacce mox discedendum venit *Academia*, antea verò, ut studiorum meorum quaecunque edam specimen, ratio postulet & necessitas jubeat, operam non malè collocatum iri credidi, si promissionem sub fide gentilitia contractam, prolixius aliquantum deducere, & quid circa eam Juris esset, exponerem. Equidem negare non possum, quod de hac ipsa materia multa, eaque egregia collegerit jam tum antea laudatus *Mylerus ab Ehrenbach* in dicto tractatu de *Nomologia O. l.* Verum quoniam ibi Status tantum respexit Imperii, egomet verò eam ad omnes Nobiles extendi atque illustres, à quopiam, quod dissertationis loco hocce selegerim thema, mihi vitio versum iri nullus spero, imprimis ubi spicilegium, cuique aliàs ferè liberum, & hic mihi relictum esse deprehendi. Multa in medium proferre de fide, & sic, quod facillime mihi utique fuisset factu, complures referre paginas, non operæ duxi esse pretium, sed potius ex aliis Autoribus, fidem sanctè servandam esse, præsupposui. Tolle enim, quæso, fidem ex mundo omnem, & omnia volventur sursum deorsum, atque supera miscebuntur inferis, siquidem



fides, uti Dd. loquuntur, anchora ejus est. *vid. Arnoldi de Reiger. Thesaurum Jurisprud. sub voce Fides, & sanctissimum humani pectoris bonum. Reinkingk. d.l. L. 2. cl. 1. c. 2. n. 1.* Interim ablego lectorem ad *Mylerum ab Ehrenbach d.l. c. 8.* ubi multa, eaque apprimis præclara hac de re congeffit. *Puffendorf. de Jur. N. & Gent. L. 3. c. 5. §. 9. Hugon. Grot. de Jur. Bell. & Pac. L. 2. c. 11. per totum & alibi passim, ejusque fratrem Guilielm. Grot. de Princip. Jur. N. dict. c. 15. Freudenberg. dict. Tract. 1. 7. concl. 30. & tit. 8. concl. 49. 1. 9. concl. 63. Reinkingk d.l.* Et denique (quem primo loco nominare debuissim) *acutissimum Dn. Thomasium in Jurispr. divina L. 2. c. 7. §. 1. seqq.* Rationem quod concernit tractandi, totum negotium in duas divisi partes, generalem sc. & specialem; In illa fui aliquantum brevior, hæc verò occasione definitionis, quæ à quatuor causis petita, scissa est rursus in quinque capita (1.) nimirum agit de causa efficiente (2.) de subjecto, ubi nonnullas à me hæctenus collectas immiscui historiolas, imitatus quippe *Mylerum ab Ehrenbach.* Exempla enim utut minimè, quod fateor, probent gentiù, illustrant tamen. *Barbosa in Thesaurio Locorum Commun. tit. exemplum ax. 7.* operamq; insigniter commendant & multò gratiores Jucundioresque reddunt, præsertim in aulis, ubi jura non omnibus sunt ad palatum. (3.) de objecto. (4.) de forma. (5.) de fine. Quibus superaddidi illud (6.) de effectu, & (7.) de relaxatione promissionis sub fide illustri factæ. Hoc unicum adhuc monendum censui; si Autores deprehendes allegatos, quorum hic loci copia fortè haberi non potest, noli mirari, aut statim me criminis inculcare plagiarii: materiem enim, ex qua qualiscunq; hæcce ædificata est dissertatiuncula, Halæ, ubi eam ventilaturus eram sub præsidio Viri inter Jctos illustris, splendoris illius Academiae Fride-ricianæ, Dn. Samuelis Strykii, Præceptoris mei ætatem devenerandi, magnam jam tum comparaveram partem. Pauculis hisce præmonitis valere Te, mihi que favere jubeo. Tu verò, si quid oscitanter, aut mendosè etiam, dictum esse animadvertes, hominem & Te & me esse cogita. Numen itaque divinum assiste mihi Sacri Tui Flaminis auxiliatrici gratia!

Pars



Pars I.

De generalibus promissionis sub fide generosa factæ agens.

SUMMARIA.

- | | |
|--|--|
| 1. Parum proficit scire etymologi-
am vocis fides. | 11. Synonymia. |
| 2. Ut & vocum promissio, generosa. | 12. Definitio. |
| 3. Homonymia vocis fidei remissivè. | 13. Genus constituit vox promissio. |
| 4. Promissio est ex numero ab uno
ad unum. | 14. Differentia specifica desumitur
à quatuor causis. |
| 5. Sumitur h. l. formaliter. | 15. Causa efficiens est consuetudo. |
| 6. Vox generosa accipitur latius. | 16. Subjectum sunt nobiles nati. |
| 7. Vox Nobilis est analogà. | 17. Objectum res possibiles. |
| 8. Accipitur h. l. generaliter. | 18. Formam absolvit generosa fides. |
| 9. Excluduntur tamen Doctores. | 19. Finis est, ut confirmetur actus,
cui adjicitur. |
| 10. Ut ut eorum promissiones equi-
polleant juramentis. | 20. Effectus non debet ingredi defi-
nitionem. |



Ides an dicatur à voce fidus, an
vero hæc à fide descendat, parum aut
nihil facere poterit ad rhombum.
Nec majorem utilitatem præbebit,
inquirere anxius in originem atq;
natales vocum, *promissio, generosa,*
& tritari cum Philologis, an hæc à *gener*, an verò
à *genus* commodissime derivari queat. Putaminibus
enim facile caremus, modò nobis vesci liceat nucleò.
Ambiguitatem & varias vocum significationes expli-
caremus quidem hîc, sed ne actum agere videamur,
& ab hac calamus sibi temperabit operâ, amandantes
tamen



- tamen B. L. ad *Polyantheam*, ubi multa, imprimis
4. sub voce *fides* hanc in rem allata. Sufficit dixisse, quod promissio sit ex numero communium ab uno vel ad unum *vid. summè Reverendi D. Velthemii Meta-*
 5. *physica P. I. c. 6. §. 8. p. 491.* & quod h. l. sumatur non tam *objective*, pro re in promissionem deducta, neque *effective* pro jure, quod ex promissione oritur, quam *formaliter* sive *quidditative* pro actu promissionis ipso, & quod fides hinc veritatem & constantiam in servandis significet promissis, prout etiam capitur
 6. *Psal. LXXXVI. v. 15.* Vocabulum *generosa* quod attinet, illud h. l. acceptum volumus in significato latiori, & prout epitheton est omnium Nobilium genere talium, cujuscunque etiam sint ordinis, non tamen latissimo, quo etiam vinum dicitur generosum, vel quo generosus omnis ille, qui non degenerat, appellatur, Germanice rectius reddi non potest, quam *Wohlgebohrn*. Notanter autem diximus, cujuscunq;
 7. sint ordinis. Vox enim Nobilium sicut est analogia. *Vitriar. Inst. Jur. publ. L. 3. t. 21. §. 6. in Not.* vel potius communis *περὸς ἐν ἢ ἀφ' ἐνὸς* (siquidē nobilitas est vel superior vel inferior *Becman. de Notit. dignitat. illustr. diss. II. c. 1. §. 3. Christianus Weisius in polit. Fragen P. I. c. 2. q. 62. p. 81. Reinkingk. de Regim. Secul. & Eccl. L. I. cl. 5. c. II. n. 8. p. m. 706.*) ita quoque h. l. eam non capimus specialiter, prout infimum eminentiæ gradum super popularem denotat statum, sed generaliter ac laxius aliquantum, quatenus nempe totum complexum dignitatum civilium, à Regibus ad Nobiles usque in specie sic dictos comprehendit. *Conf. Almers Manuale*
- Juris*



Juris sub voce nobilitas §. 3. exclusis tamen sic Docto- 9.
ribus, qui nobiles quidem sunt, sed non genere tales
adeoque generosi strictè loquendo dici non possunt.
Sie sind Edel/ aber keine Edelmänner. Christ. Gastel
de statu, dignitate & præcedentia p. 69. Vitriarius d. l.
in Quest. subjecta; Utut fateri nos oporteat, Docto- 10.
rum legitimè promotorum promissiones & fidei in-
terpositiones bey ihren Doctor-Würden/ Ehren und
Treuen haberi quoque pro Juramentis. Berlich. concl.
21. P. 2. n. 38. Dicitur alias promissio sub fide generosa 11.
facta, promissio nobilitatis, promissio sub splendore digni-
tatis illustris vel nobilitatis contracta, sub honore gene-
rositatis interposita, sponsio sub fide gentilitia, illustrium,
nobilium, it. verbum nobile, obtestatio per dignitatem
illustrem, Germanice die Cavaliers-Parole, die Ver-
sprechung bey Adel. Ehren/ Treu und Glauben/ der
Edelmans Glaube/ das Adel. Wort. Gallice: la foy de
Gentilhomme, Italicè: la parola da cavaliere. Et bre- 12.
viter potest describi: quod sit promissio, consuetudine
introducã, qua Nobiles sub fide generosa confirmant ali-
quam rem possibilem. Quæ definitio genere & diffe-
rentia specifica constat. Genus constituit promissio: 13.
Omnis enim promissio sub fide generosa contracta,
est promissio, sed non omnis promissio est statim pro-
missio sub fide generosa facta. Differentia specifica 14.
desumpta est à quatuor causis scilicet (1.) à causa effici- 15.
ente, consuetudine nimirum. (2.) à subjecto, quod con- 16.
stituunt Nobiles, quatenus scil. sub hac voce intelli-
guntur Imperatores, Reges, Duces &c. vid. infra P. 2.
c. 2. per tot. Quod eo minus absolum, quò certius est
Nobi-



- Nobilium titulum solis Ducibus, Comitibus ac Baronibus tributum fuisse olim, sicuti testatur Lehmann in
17. *der Speirischen Chronik. L. 2. c. 14. & 19.* (3.) ab *objecto*, quod absolvunt res possibiles: quo ipso excluduntur res turpes per *l. 15. ff. d. condit. instit.* & natura impossibiles *l. 135. ff. d. R. 7.* (4.) à *forma*, quæ consistit in verbis: generosa fide. Et sic differt à Juramento vero, ut pote cujus forma in religiosa Numinis divini invocatione consistit. *Hahn. ad Wesenbecium tit. de Furejur. n. 6. Lauterbach. in compend. Jur. tit. eod.* Confer
19. *infra c. 4. P. 2.* (5.) à *fine*, qui latet in verbo: confirmant.
20. Effectum omisi, utpote qui non ingredi debet definitionem, per vulgata Logicorum dogmata.

Pars II.

Specialia tractans.

CAP. I.

De Causa efficiente & origine.

SUMMARIA.

- | | |
|--|---|
| 1. <i>Quid causa efficiens sit? remissive.</i> | 5. <i>Nec ejus origo petenda ex Recessibus Imperii.</i> |
| 2. <i>Causa efficiens proxima promissionis nostræ est voluntas</i> | 6. <i>Anteà enim jam tum magna ejus fuit vis.</i> |
| 3. <i>Remota est consuetudo.</i> | 7. <i>Ut ex Fure can. constat.</i> |
| 4. <i>Autor nostræ promissionis enim est incertus.</i> | 8. <i>Ignobilium tamen promissiones juramenti minus rectè aequi parantur.</i> |

1. **Q**uid causa efficiens sit, præsupponimus ex Philosophorum scholis. Conferri tamen de ea meretur *Hartungius in Metaphysica Jurid. c. 7. per tot.*
Nos



Nos impræsentiarum ponimus causam efficientem, 2.
proximam nimirum, promissionis sub fide generosa
factæ, in voluntate promittentis, quæ multiplici mō-
dō exprimitur, verbis sc. , literis, per nuncium, inter-
pretem atque procuratorem. Causam autem remo- 3.
tam hujus promissionis dicimus esse consuetudinem,
siquidem illa huic omnem suam debet vim atque effi-
caciā *Wehnerus in obs. Pract. sub voce: bey Schelm-
schelten. Lauterbach. in compendio Juris tit. de Jure-
jurando lit. R. Conf. Mylerus ab Ebrenbach. de Nomolo-
gia Ord. Imp. c. 6. ab initio usque ad §. 15. Rauchbar.
quæst. Miscellan. P. 2. q. 2. n. 56. Carpz. P. 2. const. 16. d. 5.
n. 2. Wesenbecius cons. 10. n. 24.* Neque enim autorem, 4.
qui tantam auctoritatem nobilium conciliavit promissio-
ni, facile mihi denominabit aut hariolabitur quis-
piam. Tacent hic LL. tacent Dd. quos egomet qui-
dem evolvi, & altum ubique hac de re inter ipsos est
silentium. Extat quidem in *Recessu Imp. à Car. V. Im- 5.
peratore & Statibus A. 1555. Augustæ Vindelicorum con-
dito §. und da ein Churfürst ꝛc. quod Principes nudæ
promissioni relinqui, reliqui vero jurare debeant solen-
niter, ibi: Dergestalt/ daß die/so Fürstl. Standes und
Wesens/ bey Versprechung und Zusage Fürstl. Würden
und wahren Worten gelassen/ aber die andern über ge-
meldetes einen Leiblichen Ayd schweren ꝛc. Conf. art. 3.
der Erklärung des Land-Friedens d. An. 1522. ubi idem
jam tum statutum erat. Ast præterquam, quod hæc
ipsa constitutio tantum attineat Principes Imperii, 6.
insuper notô notius est, quod jam ante illum Recessum
fides generosa magnæ fuerit auctoritatis, multumque*

B

habu-




habuerit ponderis, ut ex probatissimis Autoribus deducere nobis esset facillimum. Nihil impedit, quò minus & consuetudo per aliquam confirmari queat legem. Ergò etiamsi per allegatum Recessum confirmatum aut constitutum etiam publicè fuerit, quod Principum fides nuda reliquorum æquipollere debeat juramentis, hòc ipso tamen ejus origo non statim ex ipso Recessu, sed aliunde adhuc commodè peti potest. *Conf.*



7. *c. Juramenti 22. q. 5. cap. ad aures 3. de his, quæ vi metus-ve causa sunt c. pervenit 2. Ext. de fidejus.* Ex hisce enim textibus, qui longè antiquiores sunt illo Recessu, quiq; forte occasionem dederunt atque causam promissioni Nobilium, juramenti instar servandæ, patet ad oculum, quòd olim jam tum apud sanctissimos Patres, religiosioresque Pontifices magna, non dicam, plane eadem vis fuerit interpositioni fidei (ignobilium etiam) cum juramentis, adeò ut nonnulli etiam Doctorum textibus illis moti, haut dubitent statuere, quòd cujuscunque obligatio vel promissio de servando sub clausula: *Ben gegebeney Treu/ bey wahren Worten und Glauben/* conventa æquiparetur Juramento corporaliter præstito. *vid. Gilhausen in Arbor Jud. c. 6 P. 6. §. 6. n. 4. & seq.* ubi quod hæc opinio veranon sit, asserit, additâ simul *n. 6.* responsione, quæ ad eorum rationes dari potest atque reponi.

CAP. II. De Subjecto.

- | | |
|--|--|
| 1. <i>Connexio.</i> | 4. <i>Qui tenentur ad conventiones.</i> |
| 2. <i>Subjectum activum.</i> | 5. <i>Laudatur Carolus V.</i> |
| 3. <i>Quorsum pertinent (a) Imperatores,</i> | 6. <i>Quòd fidem servaverit Luthero.</i> |
| | 7. <i>Va-</i> |



- | | |
|---|---|
| 7. Vacillavit tamen aliquando hujus fides. | 31. Omnino. |
| 8. Quod expertus est Philippus Hassia Landg. | 32. Nec obstat quod haereseos toleratio sit res civiliter turpis. |
| 9. Qui eapropter monetam eudi curavit. | 33. Aliud si Principibus obstant LL. fundamentales. |
| 10. (b) Reges. | 34. Tækeli noluit fidere promissioni Imp. |
| 11. Ludovicus XIV. parvi estimat suam fidem. | 35. Ad Duces pertinent quoque Land- & Marggravi. |
| 12. Consentit cum Carneade. | 36. Minimè verò Marchiones. |
| 13. Cum Machiavellistis. | 37. (f) Episcopi Germania. |
| 14. Cum Mahommede II. | 38. Spernunt tamen & hi interdum fidem. |
| 15. Et Miecislao Polonorum Duce. | 39. Exemplum prabet Chr. Bernh. van Galen. |
| 16. Unde confœderati noluerunt ipsi fidem habere in Episcopi Leod. electione. | 40. (g) Pontifices. |
| 17. Novum exemplū ejus perfidia. | 41. Exemplum papalis perfidia. |
| 18. Confœderati usi sunt represaliis. | 42. (h) Comites, Barones, Nobiles. |
| 19. Nec Barbarorum Reges fidem tenent. | 43. (i) Recens creati Nobiles. |
| 20. Laudatur Jacob ^o I. Rex Angl | 44. Rationes dubitandi. |
| 21. Ut & Joh. Galliarum Rex. | 45. Ratio decidendi. |
| 22. Quare nih'ominus Lud. XIV. hætenus semper extiterit victor. | 46. Ampliatio ejus. |
| 23. Carolus IX. Gall. Rex famosus quoq; est ob perfidiam. | 47. (k) Nati ex patre nobili matre verò ignobili. |
| 24. An Franciscus I. Rex Fr. fuerit perfidus? | 48. Non verò qui nati ex matre nobili patre v. ignobili. |
| 25. (c) Respublica. | 49. (l) Peregrini nobiles. |
| 26. Venetum Resp. famosa est ob perfidiam | 50. (m) Patricii sed non omnes. |
| 27. (d) Electores. | 51. (n) Milites certò modò. |
| 28. (e) Duces. | 52. Historia Kunzii von Kaufungen. |
| 29. Exemplum in sabaudia Duce. | 53. Quantū sit lytrum redemptionis? |
| 30. An hic teneatur de fide Vallensibus data? | 54. An clericus admittatur, qui miles fuit aut laicus? |
| | 55. (o) Foemina. |
| | B 2 |
| | 56. In |



- | | |
|--|--|
| 56. <i>In Saxonia vidua redit ad statum suæ natiuitatis.</i> | 65. (d) <i>civiliter mortui.</i> |
| 57. (p) <i>Hermaphrodyti.</i> | 66. (e) <i>Indigni.</i> |
| 58. <i>Impediuntur (a) suspecti de fide.</i> | 67. (f) <i>Mercaturam exercentes.</i> |
| 59. (β) <i>Pauperes.</i> | 68. (g) <i>prodigi.</i> |
| 60. (γ) <i>Vitiò naturali laborantes.</i> | 69. (h) <i>Filiifam.</i> |
| 61. <i>Prohibentur (a) naturales ac spurii.</i> | 70. (i) <i>Constituti in officio nobili.</i> |
| 62. <i>Non verò legitimati.</i> | 71. (k) <i>Certò modò ministri.</i> |
| 63. (b) <i>Adoptati.</i> | 72. <i>Exemplum primum.</i> |
| 64. (c) <i>Infames.</i> | 73. <i>Exemplum secundum.</i> |
| | 74. <i>Subiectum passivum.</i> |

- 1.
- 2.
3. **Q**Uænam sit promissionis nostræ causa efficiens, breviter excusæ. Pergo ad secundum caput, visurus de materia in qua, siue subiecto, tam activo, siue illis, qui sub fide spondere possunt generositatis, quam passivo, siue promissariis, hoc est illis, quibus ita aliquid promitti potest solenniter. Primum de isto. Paucis repete & observa ex P. generali: Quicumque generosus, vel nobilis genere talis est, ille potest polliceri aliquid sub generositatis fide, cæteris nimirum paribus: neque enim infantes, furiosos &c. ut infra dicemus §.3. admittimus, utut sint vel maximè nobiles nati. Quoniam autem procul omni dubio in Nobilium classe primus locus debetur Imperatoribus, cum emineant tanquam stella matutina inter omnes Reges in medio nebulæ meridionalis. *Bartolus. ad l. penult. C. de Bon. quæ liber. in pot. Conf. Barbosa Thesaurus Locorum com. tit. Imperator ax. 2.* hinc primum istos producemus in scenam. Pomittunt hi sub fide, dignitate, honore Imperatorio, bey Keyserl. wahren Worten/ bey Keyserl. Ehren und Würden &c. eoque sanctius servare debent pro-



promissionem datam, quò magis ad eorum exemplum totum orbem componi constat. Et quamvis Imperatoribus permittantur multa, quæ ab aliis ad exemplum trahi neutiquam possunt, id tamen de pactis atque conventionibus, utpote quibus æque obligantur ac alii *l. donatione 26. C. d. donat. int. vir. Barbosa d. l. sub voce Princeps ax. 8.* (sunt enim Juris naturalis, quò non solutus est Princeps *illustris Dn. Stryck. de success. ab intestato diss. 8. c. 7. §. 19.*) minimè intelligendum venit. Novit hoc optimè *Carolus V.* Imperator: hic enim adeò sanctè sua custodiebat verba regia atque imperatoria, ut hæreticis etiam fidem servandam esse nullus affirmare dubitaverit. Unde, cùm olim à Ludovico, Palatino Rheni, cur Luthero fidem servaret? interrogatus esset, generosè admodum respondebat: quamvis totò mundo fides rerum promissarum exularet, attamen illa consistere deberet apud Imperatorem. *Mylerus ab Ehrenb. de Nomolog. Ord. Imp. c. 1. §. 4. Bodinus de Republ. L. 5. Reinkingk. de Regimine Sec. & Eccl. L. 2. cl. 1. c. 2. n. 27. Justus Lipsius in Monit. Polit. L. 1. c. 13. Clemens Berg in introduct. in Polit. c. 15. §. 8.* Sicuti verò homo erat, ita quoque humana ipsum non destituebat imbecillitas, quin potius & sibi interdum eum habebat obnoxium. Testari potest de eo *Philippus*, Hassiæ Landgravius, utpote qui fidens atque nixus promissione Imperatoria, convenerat *Carolus V.* Halæ Saxonum; Sed tantum aberat, ut tunc temporis fidem Imperator dederit Atticam, ut potius ipsi injecerit laqueum præter spem atque expectationem omnem, & postea Electori Sax. *Mauricio*, hâc de re conquerenti causamque captivitatis percontanti, ridiculè omninò responderit: *Et hätte*

4.

5.

6.

7.

8.




- hätte ihm zwar mit ewiger / aber nicht mit einiger Gefängnis zu verschonen Versprochen. *Generosus Dn. à Ziegler in Täglichen Schauplatz der Zeit d. 19. Jun. n. 2. p. 719. Add. Buffendorffs Einleitung c. 8. §. 13. p. m. 596. Thuanus L. 4. p. 169. Bodinus d. l. c. 6. p. 950. Cluv. Epit. Hist. totius mundi p. m. 719. Sleidan. L. 19. Comment. p. m. 345. Conseiller d. Etât. P. 1. c. 54. p. 453. & Burgoldensis*
9. *ad Instr. Pac. P. 1. disc. 1. n. 30.* Quapropter etiam gloriosissimæ memoriæ *Philippus* è carcere liberatus rarissimum illum, & magnô pretiô hodie redimi solitum, cudi curabat thalerum, cui inscripta verba: *Besser Land und Leut verlohren als ein'n falschen And geschworen.*
10. Proximi ab Imperatore sunt Reges, quibus injuratis itidem potius quàm omnibus juratis adhibenda fides. *Reinkingk. d. l. L. 1. cl. 3. c. 9. n. 15.* Hi promittunt sub fide regia: *Ben Königl. parole, Wort / ben Königl. Ehren / Würden und Treuen.* Quàm parvi verò sæpius suam habeant fidem, docet hodiernus Galliarum Rex, *Ludovicus XIV.* Germaniæ nostræ calamitas, & perfidiæ luculentissimum illud exemplum: hic enim oblitus illius Poëtæ, canentis:

Nudo jus & reverentia verbo

Regis inesse solet, quovis juramine major.

- Omnia contemnit fœdera, & fidem, quoad ipsi saltem ère esse videtur, servat. *Conf. Gothofredi Zenneri Herbst-Parnass. de A 1694. p. 34. Mercurius Germanus p. 124. & 145.* Respicit sine dubio illud *Carneadis*: utilitas justî prope mater & æqui, vel etiam *Machiavelli-starum* principium, qui, quicquid utile est, pro justo habent, & utilitatem justitiæ constituunt mensuram,
12. cum
- 13.



cùm tamen potiùs secundum *Ciceronem* verè utile nihil sit, quod non sit honestum *Conf. H. Grotius de J. B. & P. in Proleg. §. 16. 17. & Hippolytus à Collibus in Principe c. 10. p. m. 391.* Amicè sane conspirat cum *Mahommede II.* qui nullus dicere erubuit: præstare fidem, mercatorum esse, non Principum, quòd illi à fide, hi ab armis dependeant & viribus. *vid. Arnoldus de Reiger in Thesauro Jurisprud. sub voce Fides, & cum Miēcislao, illo Polonorum Duce, qui eos saltem Principes servare debere putaverat fidem, quibus, ut illa frangeretur, opus non esset. Dn. à Ziegler d. l. d. 14. Nov. n. 2. p. 1352.* Unde quoque cum anno abhinc, & quod excurrit, Episcopus novus eligendus esset Leodii, & Rex Fr. Cardinalem, nî fallor, *Bullionensem* ibi ad Episcopatum evectum videre mallet quàm alium, eaque-propter urgeret ac prætenderet constanter, ut omnis Leodiò exiret miles *d. 20. April.* quò eò liberior esse posset electio, confederati ipsi neutiquam fidem habere volebant, utut promitteret *ben seinem Königl. Wort/* se interea temporis usque ad mensem Majum nihil hostilitatis planè tentaturum aut machinaturum adversus Leodienses, sed neutralitatem, quam dicunt, servaturum sanctè. Satis enim jam tum decepti erant Confederati. *Vulpes non iterum capitur laqueò.* Nuper admodum nobis adhuc suam probavit ac testatus est perfidiam, dum præsidium Dixmudiense contra initam conventionem *wider den getroffenen accord oder gemachte capitulation* solutò lytro non voluerat dimittere è captivitate. Quapropter etiam Confederatos repressaliis uti, & *Buslerium* captivum retinere
omni-

14.

15.

16.

17.

18.



omninò oportuerat; quamvis Rex dimissò hòc rursus revocaverit regium suum verbum, nec libertati restituerit præsidium illud Dixmudiense integrum, ex futili hac ratione: quia Confæderati quoque violassent capitulationem Namurcensem. Quasi scil. Galliarum Rex frangendi fidem, præsidio, modò dicto, datam, habuisset jus. *Conf. Vindicias Sacri Rom. Imp. adversus Gallorum fallaces pacis propositiones nuper admodum publici juris factas*, ubi Anonymus statim ab initio demonstrat, Galliam ab antiquo ferè perfidam esse,


19. & omnes hæctenus violasse paces. Nec magni fidem datam æstimant Reges Barbarorum in India orientali. Hinc Lusitani, venientes isthuc mercaturi, & metuentes, ne fidem datam & fœdera invicem iccta susque deque habeant Barbari, ibi statim exstruunt munimenta, quò, ruptò ab illis fœderum vinculo, tuta habeant

20. loca. *Conf. Buffendorffs Einleitung c.3. §.5. p.164 seq.* Rectè é contrario sensit *Jacobus I. Rex Angliæ Don. Reg. L. 2. p.m.46.* ita scribens ad regium gnatum: *Cum aliis Principibus, tanquam fratribus Tuis Justitiam & benevolentiam colito. Quicquid promiseris, vel cum damno tuo præstato &c. Ut enim apud omnes, ita maxime apud hos candoris & fidei laus tibi querenda est, & Christianæ charitatis præceptum servandum, ut alteri facias, quod tibi factum cupis.* En rhadamantheum Judicium! En verba ex tripode ac rectò pectore dicta!


21. En Minervæ, imò ipsius jovis suffragium! Nec minori laude dignus est *Johannes, Galliarum Rex*: etenim hic ipsemet maluit suam perdere libertatem, & obsidem se sponte dare Anglis, quàm non liberare hisce datam fidem,




fidem, & à filio ejus insigniter jam tùm violatam. *vid.*
Buffendorff c. l. c. 5. §. 10. in. f. Norunt sc. prælaudati
Reges, quàm severe à Numine divino animadverti so-
leret in perfidos. Nec officit, quod *Ludovicus M.* huc 22.
usque ex omnibus ferè præliis abierit victor, & sua ar-
ma longe lateque circumtulit victricia: Nam quò
tardiori gradu DEUS ad suam procedit vindictam, eò
gravius deinde solet punire, si non in hac, certe in illa
vita. Quòd sæpiusculè è contrario verba tantum de-
derit *Carolus IX.* testantur satis superque funestissimæ 23.
illæ nuptiæ, cognomine Parisienses. Propterea quoq;
Clairmont, unus ex Reformatis, mortem truculentam
se evitare non posse, sed pessimeundum sibi esse vi-
dens, exclamavit: Ist dieses Königl. parole? Du aber/
O gerechter GOTT! räche diese des Königs treulose
Grausamkeit. *vid. Dn. à Ziegler d. l. d. 24. Aug. n. 5. p.*
1020. Annon *Francisci I.* existimatio atque fides regia 24.
fecerit vitium, dum illud, quod *Carolo V.* promise-
rat Mantuæ Carpetanorum, non servaverat ex asse,
judicent alii. Pro affirmativa & negativa militant ra-
tiones minimè levidenses. Mearum partium jam non
est ad Lydium veritatis lapidem illas examinare ac
discutere. Interim legendam hanc historiam exhibet
nobis modò dictus *generosus Dn. à Ziegler d. l. p. 503.*
§. 282. d. 18. Mart. n. 4. Add. Buffendorffs Einleitung
c. 5. §. 7. Quicquid sit, cessit ipsi in gloriam nunquam
intermorituram, quod, cùm *A. 1539. Carolus V.* tur-
bas Gandavi exortas compositurus, per mediam pro-
fectus fuisset Galliam, & sic fidei ejus se permisisset, at-
que ingenti insimul exposuisset periculo, non tantum
C eam



- eam non violaverit, sed & basilicò verè eum exceperit apparatu, datis oblivioni atque generosè contemptis omnibus injuriis, quibus ab ipso affectus fuerat unquam. *Buffendorff d.l. p. 399. & Dn. à Ziegler d.l. d. 1. Jan. n. 4. p. 3.*
23. Integræ quoque Respubl. tanquam personæ mysticæ, quia possunt jurare *l. 2. §. 5 ff. de Jurejur. propt. cal.* sub fide nobilitatis promittere aliquid poterunt, quatenus nimirum illi, penes quos est τὸ *νόβιον*, nobiles sunt sive generosi, sicuti venetorum Respub. *vid. Conringii Exercit. 9. §. 4. p. m. 466. de rep. Imp. German.* Et cymbalum illud eruditi orbis Dn. *Schurtz-fleischius in dissert. de Venetorum regimine Witembergæ habita §. 15.*
26. Quæ ipsa tamen Respub. non parùm famosa est ob perfidiam suam apud Scriptores. *vid. Autor des Europäischen Herolds p. 883.*
27. Veluti Electores spondent bey Churfürstl. ita Duces bey Herzoglichen
28. *Würden / Ehren und Treuen.* Sic nuper admodum *Victor Amadeus*, Dux Sabaudiaë regens, Vallenfibus sub fide Ducali, bey Herzogl. parole, promisit, se nunquam imposterum turbaturum illos in religionis exercitio, quin potius adversus eorum hostes tutaturum, uti ex publicis constat Relationibus, imprimis vero
29. illa *Frankofurtensi vernali d. A. 1695. p. 23. in f.* Dicis ex mente Catholicæ religioni addictorum: atqui Vallenses die *Thal-Leute / Waldenser* / (ab Autore suo aliàs *pauperes de Lugduno & Albigenfes* dicti, teste *Hildebrando in Hist. Univers. Synops. ad A. 1208. §. 25.*) sunt hæretici, hæreticis autem non est servanda fides, propterea quia hæreseos toleratio est actus turpis, qui sicuti juramento convalidari nequit, ita quoque nemo
- ad




ad eum sese efficaciter obligare poterit, utut accedat
promissio sub fide generosa interposita. *Helena hinc hinc
salta!* Sed salva res est. Præterquam enim quod *Val-* 31.
lenses nondum sint hæreseos convicti, puto insuper
hæreseos tolerationem, rem per se illicitam non esse,
nec Jure divinô, sed humanô saltim prohiberi. Quid
igitur obest, quò minùs objectum promissionis con- 32.
stituere possit inadæquatum, sive partiale? Instas: est
tamen res civiliter turpis, quæ æque vitiat omnem
contractum atque promissionem, per *l. non dubium 5.*
C. d. LL. Verùm respondeo breviter: Principi, utpote
Legibus civilibus soluto *l. 31. ff. d. LL. Illustris Dn. Stry-*
kius de success. ab intest. dissert. 8. c. 17. §. 19. hic aliquid li-
cere, quod privatis non licet, ne sc. occasio adimatur
hæreticis imbibendi veræ religionis fundamenta:
præstat enim dissentientibus quodcunque permittere
exercitium, quàm penitùs cum pernicie ipsorum at-
que reip. eos ejicere. *Conf. Clem. Berg introd in Polit.*
c. 15. §. 8. Exemplum satis triste nobis præbet desolata
Hispania. Prætereà *infra c. 3.* dicemus, quod pro- 33.
missio ejusmodi solennis possit convalidare actum,
Jure civili alias interdictum. Inprimis autem salvô
suô stat talô nostra assertio tunc, quando pacatè vivunt
hæretici, neque alios seducere student. Fallit contra
quoad illos Principes, quibus pacta, conventiones at-
que LL. obstant fundamentales: hæ enim ubi adsunt,
ibi non licet tolerare in religione dissentientes. Hinc
si ipsis exercitium superstitionis Princeps concederet
liberum, sub splendore quidem suæ dignitatis, sed re-
clamantibus legibus fundamentalibus, illa promissio



- non subsisteret, sed sua corrueret sponte, quia sic veniret adversus proprium factum, & pactum prius, indeque alteri quæsitum jus tolleret per posterius, sine ipsius consensu ac voluntate. Eadem hæc controversia evoluta est à celeberrimo *Dn. D. Paulini in der Zeit-fürhenden erbaulichen Lust th. 221.* uti testatur *Dn. Tenzel in Monatl. Unterredungen mens. April. d. A. 1695. p. 284.* Quomodo autem illa decisa sit, me quidem latet, cum librum istum conspiciendi hæc-
34. nus nondum potui habere copiam. Quicquid hujus rei sit, *Comes Tækeli*, edoctus principia Catholicorum, & Jesuitarum inprimis reservationes mentales, noluit accipere conditiones pacis, ipsi statim, postquam Vienna liberata esset obsidione, ab Imperatore oblatas, utut Imperator sub fide Imperatoria, & Dux Lotharingiæ, sub principali, ipsi, & potestantium religioni addictis, securitatem, restitutionem & liberum religionis promitteret exercitium. An verò benè an malè egerit? *vid. Autorem des raisonnablen Staats-protocolls c. 2. per tot. imprimis a. p. 11.* Redeamus in viam. Ad Ducum classem referendi quoque sunt Land- & Marg-Gravii, utpote qui Ducibus dignitate sunt æquales. *Reinkingk. de Regim. Sec. & Eccl. L. 1. ch. 4. c. 12. n. 18.* Quod tamen non extenderes ad Marchiones Italiæ *ibid. n. 14.* neque ad Marchiones Galliæ. Unde etiam Elector Brand. nullus recipit literas, quibus inscriptum: *Marquis. Sequuntur Principes promittentes bey Fürstl. Glauben / Ehren und Würden.*
37. In specie quod attinet Episcopos Germaniæ, possunt & illi sub fide gentilitia promittere, quatenus scil. sunt Prin-



Principes Imp. aut ex Nobilium profapia atque sanguine nati. Exinde statim liquet, promissionem sub Episcopali dignitate factam, bey *Bischöfflichen Würden* / propriè huc non spectare, quia Episcopi, quàm Episcopi, non sunt nobiles. Quicquid hujus sit, eo sanctius illa ipsis venit servanda, quo majorem suis personis inesse credunt sanctitatem. Quod in laicis vitium, id in Clericis plerumque est flagitium. Sed 38. tantum abest, ut datam fidem semper pendant magni, ut potius illam fastò sæpius spernant animo, omnia sibi in omnia licere putantes. Inter cæteros perfidiæ facinore nobilitavit se *Christophorus Bernhardus à Galen*, Monasteriensium quondam Episcopus, utpote cujus promissiones sub dignitate Episcopali, bey *seiner Bischoffs Würde* / factæ, semper magno vacillarunt opere, claudicaruntque, adeo, ut nunquam utilitatem vincere potuerint. Rationem vide apud *Zennerum in Sommer-Barnas d. A. 1692.* Idem dicendum de Pontificibus, cum & hi aliter sub fide generosa promissum facere non possint, quàm quatenus sunt Principes seculares, aut natales suos debent nobilibus parentibus. *Conf. Mylerus ab Ehbrenbach c. 1. §. 6. in med.* Et sic pariter excluditur asseveratio sub dignitate papali, bey *Päbstl. Würden und Treuen* / facta, cum & pontificatus, quàm talis, non sit officium seculare sed Ecclesiasticum, Ecclesiasticæ autem dignitates non sunt hujus loci. Et quamvis ob eandem rationem, quæ modò data est, promptiores quàm alii esse deberent ad fidem datam præstandam, proh dolor! tamen & hîc obtinet illud: *nusquam tuta fides!* Exemplò 41. suo




- suò id docet nos *Johannes XXIII.* quippe qui, utut *Johanni Hussio*, Constantiam vocato, coram concilio securitatem pollicitus fuerat verbis maximè solenni-
bus, adeò, ut etiam in hæc erumpere verba nullus dubitaverit: *etiamsi Hussius fratrem meum occidisset germanum, nihilominus frueretur securitate*, attamen nullus stetit promissis, siquidem ipsum miserum in modum curaverat concremari. *vid. Dn. à Ziegler d.l. n. 3. d. 6. Jul. p. 790.* Dignus sanè hic fuit Papa, qui cum micares in tenebris. Et licet *Puffendorffius c. 8. §. 12. introduct. Hist. & Reinkingk. d. l. L. 2. cl. 1. c. 2. n. 26.* hoc adscribat Imperatori *Sigismundo*, utpote qui securum reddiderat *Hussium* ab omni periculo, existimo tamen Imperatorè non tam præcepisse, quàm non impedivisse (utut nec hoc semper mereatur excusationem, cum culpæ reus sit, qui impedimentum non amovet, cum possit. *l. quibus 40. in pr. ff. d. condit. & demonstr. Barbosa l. c. t. impedimentum ax. 2.*) ejus combustionem. Aliud exemplum perjurii papalis videre est apud *Puffendorff. c. 8. §. 5. p. m. 578.* Succedunt denique Comites, Barones atque Nobiles in specie sic dicti, promittentes *bey Gräfl. Freyherrl. Adel. Ehren / Treuen und Glauben.* Nolo hic ad exempla provocare, quandoquidem illa toto fere ubivis contingunt die.
42. Saltim id quæri meretur, num recens creati Nobiles, sive ut *Bæclerus L. 10 c. 1. p. 241. de Notit. Imp.* dicit: Novi homines (ita enim apud Romanos vocabantur olim, quorum majores nullum gesserant magistratum *vid. Orat. 1. Cic. cont. Varr.*) pertineant ad
44. subjectum fidei generositatis? Ratio dubitandi esse potest



potest (1.) quod ad torneamenta non admittantur. *Besold. Synops. Pol. c. 16. §. 10. p. 175. Rbetius de Jure Publ. L. 1. t. 19. §. 8. Limn. J. Pub. L. 6. c. 5. n. 62 Knipschilt de fideicom. fam. illustr. c. 7. n. 57.* etiamsi ipsis expressè ab Imperatore concessa sit facultas adeundi ludos equestres, iisque se immiscendi. *Strauch. in specim. Inst. jur. Pub. tit. 23. §. 6. Add. Progymnasim. Praxeos Jurid. Dn. Ringii progym. 9. n. 15. 16.* Si sc. consuetudo aut statuta adsint prohibitiva, utpote quæ Imperator per suam indulgentiam aut privilegiorum concessionem tollere non potest, ob capitulationem ipsi præscriptam, & quidem ob ejus *art. 3.* in quo omnia, Statibus quæsitæ, jura confirmata, ibi: *Berechtigkeiten und gute Gewohnheiten/* adeò efficaciter, ut privilegia in præjudicium illorum concessa frustranea esse debeant ac nulla. ibi: *Niemand einig privilegium dawider ertheilen etc.* (Dissentit *Lehmannus in Tract. de variis ludendi Generibus c. 2. n. 26. p. 33. Hahn. in dissert. de jure Nobilium singulari th. 13.*) Omne enim privilegium salvò jure tertii concessum intelligitur. *Barbosa d. l. t. privilegium ax. 16.* Dicis: atqui speciali Imperatoris sanctione posteriori, juri statutorio potest derogari, E. quoque per privilegium. *Mylerus ab Ehrenbach de Stat. Imp. P. 2. c. 39. §. 7. p. 363.* Sed respondet ibidem clarissimus Autor, procedere hoc, si illa sanctio in comitiis lata sit publicis: Sic enim & non aliter Principum derogari potest Juri statutorio. (2.) quia facile non recipiuntur in alicujus Episcopatus capitularium numerum, *weil sie nicht Stift- und Rittermäszig geböhren/* Nec (3.) in Saxonia possunt comparere in conventu Statu-



- Statuum provincialium, eorum nimirum, qui nobiles sunt, in der Ritter-Stuben. Nec (4.) in Silesia in Judici-
cio equestri, Sie dürffen nicht auf der Ritterbanck oder
Ehren-Tafel sitzen. *Ring. c. l. progymn. 9. n. 9. Becman. de
Not. dignit. illust. diff. II. c. 2. §. 9.* etiamsi alias quoad animū
sint Codrō aut Spartā generosiores. Nec (5.) in judi-
cio aulico possunt sedere in scamno equitum, auf der
Ritterbanck. *vid. Capitul. Joseph. art. 39.* ibi: Das in
unsern Reichs-Hoff-Kriegs-und andern Rähten auf
den Ritterbäncken zwischen denen von Ritterstand/
welche zu Schild und Helm Ritter-und Stifftmäsig
gehohren/ *ibique Strykius in Coll. Mscto. Add. Vitriarii*
45. *Inst. jur. Pub. L. 4. t. 7. §. 16.* Verūm quoniam hæc om-
nia tantūm juris sunt statutarii, ideō non dubitamus
quæstionem affirmare & asserere, quòd etiam novi
homines aliquid sub nobilitatis polliceri queant splen-
dore, ex hac unica quidem, sed sat sufficienti ac idonea
ratione, quòd sint Nobiles, qui nobilitatem ad suos
propagare possunt descendentes, utut nobilitati sint
saltem à Principe, qui imperii Status est. Præsuppositō
46. namque hoc, quod Status Imp. gaudeant jure nobili-
tandi in suis territoriis *vid, art. 8. Instr. Pac. Osnab. §.
gaudeant. & Andr. Knichen de Jure territor. c. 4. n. 4.*
Nobiles etiam, ab illis creati, promittere poterunt sub
nobilitatis fide. Ad argumenta, in contrarium afferri
solita, respondet *Autor dissertationis, quæ olim sub præ-
sidio D. Bechmanni de jure conferendi dignitates &c.
Fena habita c. ult. §. 5.* Quoniam tamen teste *Dn Rhetio
L. I. t. 19. §. 3. Instit. J. Pub.* taliter creati in aliis Statuum
Imp. territoriis, & integro imperio R. G. nobiles non
haben-



habentur, ideò quoque eorum promissio vix ultra Principis, à quo creati, valebit territorium *Conf. Rummelinus ad A.B. P. 3. diff. 3. §. 4. in addit.* Idem affirmarem quoque de illis, qui patre nobili, matre vero ignobili sunt nati, siquidem non mater nobiletat, sed pater. *cap. ult. Ext. de convers. infid. & l. 19. ff. de St. H. Imo, si ipsa uxor nobiletatem consequitur per maritum l. 8. ff. de Senat. l. mulieres 13. C. d. dignit. Dn. Rhetius d. l. §. 9.* Filius quoque ex ejusmodi matrimonio inæquali natus, quin nobilis sit, & consequenter aliquid sub fide gentilitia asserere queat, nullus ambigo. *vid. Reinkingk de regim. Sec. & Eccl. L. I. class. 5. c. II. n. 23. Rhetius d. l. §. 8. Liebenthal Exercit. 10. Colleg. Pol. q. 5. p. 520.* Non verò procedit hoc vice versâ, ita nimirum ut etiam ille, qui matrem nobilem, patrem vero ignobilem habet, nobilis, & proin nostræ promissionis sit subjectum habile. *vid. Speidel. Specul. jurid. Polit. sub voce Adel / ibi: Hingegen kan eine von Adel ihren Mann/der nicht Edel/den Adel nicht mittheilen/ adeoque nec provocare possit ad suam nobiletatem, nec sub ejus fide aliquid asseverare.* Quid dicendum de Nobilibus peregrinis v. g. Gallis, Hispanis, Italis &c. Puto & hos admittendos esse, modò nobiletatem habeant ab eo, penes quem est jus nobiletandi. Ubi sedulò observandum, quòd nos peregrinos habeamus nobiles, & consequenter quoque Nobilium jure gaudere sinamus, non eo, quasi alienus Princeps potestatem suam ad nos extendere queat, sed quia unusquisque Regum alterius majestatem comiter venerari soleat. *Illustris Dn. Stryk. in coll. Mscto. ad Capit.*

D

Jose-



Josephi art 43. Dn. Rhet. d. l. L. i. tit. 19. §. 4. Nec ob-
 stat, quod peregrini sint juris nostri incapaces. *Bar-*
bofa d. l. tit. peregrinus ax. i Kleinschmidius in præcogn.
jur. Tr. 2. Sect. 1. n. 181. p. 164 Constat enim non nisi
 inter omnes, quòd moribus nostris ille rigor juris
 civilis maximam partem mutatus, & ubivis ferè in-
 troducendum sit contrarium, *vid. Lauterbach. Compend.*
Jur. d. Stat. Hom. lit. D. Ut taceam, quòd, quando di-
 cunt, peregrinos juris civilis esse incapaces, ex nonnul-
 lorum sententia peregrinus tunc denotet illum, qui
 jus civitatis amisit ex causa pœnæ, non vero, qui non
 50. fit civis Romanus. *Barbofa d. l.* Nec excludendi hîc
 veniunt Patricii, quatenus nempe à Nobilibus non
 tam gradu differunt, quàm loco, & germanicè audi-
 unt: *Die Adel. Geschlechter* / illisque opponuntur, qui
 gradu Nobilibus sunt inferiores, ac *die Bürgerlichen und*
erbahren Geschlechter dicuntur: Illi enim quoniam re-
 ipsâ nobilitate ab Imperatore concessâ fulgent. *Kyllin-*
gerus de Ganerbiis Castror. discurs. 3. n. 95. p. 34. quin
 sub fide sese obligare queant generosa, eo minus habet
 dubii, quo certius est, quod admissi olim fuerint ad
 torneamenta, teste *Schwedero in introduct. in jus Publ.*
Part. spec. sect. 2. c. 19. th. 3. Et quamvis Nobiles ple-
 rumque inhabitent pagos, id tamen non perpetuum
 esse, Rinthelium nostrum docet, ubi tot antiquissimæ
 commorantur Familiæ, quibus si statûs moveres
 controversiam, pessimam reportares gratiam, & nihil
 prorsus obtineres. Quid? quod antiquis temporibus
 nobiles illi tantum fuerunt dicti, qui habitabant
 in urbibus, reliquos vero vocaverunt *ἀγροίους*,
 pro-



prouti tradit *Kyllingerus d. l. n. 98.* Neque repelluntur 51.
hîc milites, quatenus nimirum sunt nobiles. Et licet
militum fidem fluxam dicat ipse *Tacitus*, nihilominus
tamen, quia iustalionis in milites, fidem frangentes,
torqueri potest, recte omninò & isti hîc admittuntur.
Unde quando se dedunt sub fide generosa: *Wann sie
sich auf Cavalliers-parole ergeben /* occidi minimè
possunt citra grande facinus, cum jus victoris in vi-
ctos non ita absolutum in hac conditionata deditioe,
ut in simplici, *wann man sich bloß auf discretion er-
giebt /* est, sed conventionis lege definitum. *Clemens
Berg. in introd. in Doct. Pol. c. 16. §. 25. Conf. Hugo
Grotius de jure B. & P. L. 3. c. 4. §. 10. & c. 11. §. 13.*
*Ut & elegans dissertatio de cede hostium captivorum,
quæ non ita pridem prodiit Argentorati sub presidio Dn.
Zentgravii ad dict. loc. Hugon. Grot. Majorem tamen
licentiam competere reor in illos, qui fidem dederunt
de non militando adversus victorem, & postea, sumtis
contra datam fidem armis, rursus à victore capiuntur,
utut fortè colore aliquo illud velint excusare, sicuti
Comes Fontanus olim, qui se obstrinxerat sanctè, ne-
que peditem, neque equitem pugnaturum se adver-
sus Gallos, & tamen in prælio ad Ricrojum sellâ gesta-
toriâ fuerat usus in datæ fidei fraudem. *Benjam. Prio-
lus Hist. Gall. L. 2. 4. Res enim dijudicanda non ex
animi jurantis sententia, qui sciens falsum jurat, sed ex
sententia ejus, cui juratur, hominis Deique Schilt.
Manuduct. in Philos. Mor. c. 2. §. 21. p. 61. Brunnem. ad
l. 3. ff. de jurejur. n. 4. Idem quoque obtinet, quando
captivi redimuntur sub nuda promissione nobilitatis**






- de dimittendis vicissim aliis, Man wolle andere dargegen loß lassen. *vid. dissert. D. Nergeri ventilata Vitembergæ de juribus regenerationis memb. post. period. 3. §. 19.*
- Vel dimittuntur, datâ ab ipsis fide generosâ, de exsolvendo lytro, wenn man sie auf Cavaliers-parole loß läßt. *vid. Fritsch. in addit. ad Besoldi Thes. Pract. sub vocabulo: auf parole, auf Cavallier-parole. Conf. Dn. Ring. in progymnasmat. prax. Jur. P. I. progym. 4. n. 48. p. 39.*
52. Cùm hunc in modum famosus ille Nobilis Saxo, Kunz von Kauffungen dictus, è captivitate dimitteretur à Wilhelmo, Electoris Sax *Friderici II.* fratre, & postea pro illo Elector, sub cujus auspiciis militaverat ipse contra *Guilielmum*, lytrum exsolvere recusaverat, hic tantam eapropter conceperat iram, ut vel dirissima moliri, & Electoris bigam filiorum ex arce Altenburgensi furtim abducere nullus erubuerit, nullus fugitaverit. Diobolares atq; nequissimi homines superos si flectere nequeunt, movent acheronta. Totam historiam vernaculâ eleganter conscriptam exhibet legendam *Generosus Dn. à Ziegler d. 8. Jul. n. 4. p. 800.*
53. Quantum autem sit lytrum, id subinde variat, & plerumque in arbitrio victoris est. *Ring. d. l. progym. 4. n. 56. p. 29.* Si conventiones ac literæ adsint partium belligerantium, quibus redemptio cujusque æstimata & definita, quasque Galli *cartels des prisonniers* dicere solent, tunc res expedita. Sic enim sub fide dimissus, ein auf parole cartelmässig loßgelassener tantum tenetur solvere, quantum census ejus factus est, non habito respectu personarum dignitatis, an nobiles sc. sint, an ignobiles, sed plerumque officii *vid. Dn. Thomæ*




Thomæ diss. inaug. de jure extraord. Giessæ habita §.41. inf. p. 51. Nisi rursus aliter conveniretur inter captum atque captorem: ita enim huic pactioni, utpote legem danti contractibus, standum esset. Quid, si captivus aliquis, fide habitâ generosâ, dimissionem impetrasset, ipse vero fidem negligeret? Ejusmodi perfidum ter citari edictaliter, & si non compareat, pro infami declarari, & interdum quoque nomen ejus publico affigi posse patibulo puto *arg eorum, quæ habet Hoyer in Corp. Jur. Milit. th. 14. art. 70. p. 200. Add. Dn. King c. l.* Quid si nobilis se conferat de saga aut toga ad pallium? Adhuc eum spondere posse sub fide nobilitatis existimo. Quamvis enim, quod negari non potest, Clericus jure feudali nequeat succedere in feudo. *Dn. Stryk. Exam. jur. Feud. c. 15. Q. 22.* adeo, ut, si acquisitio jam tum feudo talis fiat, illo utique privetur. *2. Feud. 30. §. ex hoc;* Nec feudum de novo acquirere possit. *Schilt. Inst. jur. feud. c. 5. §. 4.* Nisi dominus sciat ipsum Clericum esse. *Dn. Stryk. d. l. c. 6. Q. 18.* Attamen, quia Clericus â feudo repellitur non eò, quasi clericatus minoris assumptio sit modus tollendi nobilitatem, sed quia inhabilis factus ad exhibenda debita servitia in persona, & prætereà quoque hodiernis moribus â feudi antiqui successione excludi non soleat. *Id. d. l. c. 15. Q. 23.* Ideò tantum abest, ut credam, nobilem, factum clericum, prohiberi, quò minus sub fide illustri aliquid adhuc polliceri queat, ut potiùs etiam atque etiam mihi habeam persuasum, ob duplicem dignitatis, quâ fulget, characterem, ipsi plus ferè fidei tribuendum esse, quam illi, qui præter nobi-

54.



nobilitatis splendorem nullâ aliâ gaudet dignitate. Hoc nullus possum ire inficias, quòd neutiquam quadret, ut ipse spondeat quid, *ben cavalliers parole*, cùm hæc phrasis propria ferè facta sit illorum, qui arma tractant, Nobilium, aut minimum in numero laicorum sunt. Nisi dicere velles, & DEUM habere suos in hoc mundo equites, vulgò *die Gottes-Cavalliers* dictos, aut dari equites sacros v.g. *S. Johannis, Teutonicos*, de quibus *vid. Instit. jur. Can Dn. Schilteri L.1. t.12. per tot. Europ. Her. p.188. & p.158.* nos verò impræsentiarum non loquimur. Fœminæ, sive sint oriundæ ex sanguine generoso, sive nobilitatem suis debeant maritis, huc quoque spectant. Quæcunque enim eminentia marito vel ex nativitate vel ex singulari competit privilegio, illa communicatur uxori. *Barbosa in Thes. Loc. Com. tit. uxor ax.16.* Ratio ibi additur, quia viri conditionem sequitur uxor *l.8. ff. de Senat.* & radiis splendet mariti *l.13. C. de dignit.* Ubi expresse dicitur: *mulieres honore maritorum erigimus, genere nobilitamus &c.* Conf. *Mylerus ab Ehrenbach de Statibus Imp. P.1. c.34. per tot. Brautlachii Epitom. jur. publ. L.4. c.5. §.18. Coccejus in juris publici prudentia c.28. §.28.* Et hoc ampliatur rursus in tantum, ut procedat etiam quoad viduas, quamdiu tales manent. *Brunnem. ad.l.10. C. d. Nupt. n.4.* Quia vidua tamdiu in priori matrimonio censetur stare, quamdiu alteri non est nupta. *l. fin. C. de bon. qua lib.* Et quia imago censetur esse viri defuncti *Barbosa l.c. tit. vidua. ax.1.* Aliud quoad forum Saxon asserit *Gvilielmus Bæckel de Publ. Judic. disquis.5 n.18.* quod sc. ibi maritò mortuò uxor recedat ad



ad statum nativitatis atque suæ familiæ. Quô præsup-
positô, sequitur, quod ibi vidua ex ordine civico ori-
unda, & nobili nupta, mortuô maritô, nihil sub fide
generosa, *ben ihren Adel. Ehren* / promittere possit.
Quid, si invertamus casum, & ponamus, nobilem nu-
bere ignobili? In Germania moris esse, ut natæ fœ-
minæ Principes, nuptæ Comitibus, & vivis maritis &
post eorum obitum ab Imperatore & Statibus Imp.
verbis & literis salutentur Principes, testatur inter ali-
os *Clemens Berg. d. l. c. 3. §. 25. in f.* Sed an idem quo-
que procedat in fœminis nobilibus, ignobilibus planè
nubentibus, ut sc. & hæ habeantur pro nobilibus, tam
vivis quam mortuis maritis ignobilibus, & consequen-
ter sub fide gentilitia adhuc promittere queant, afferere
non auderem, cum experientia videatur reclamare,
& juri quoque civili consonum sit ac conveniens, ut
uxor sequatur conditionem mariti, per *dict. l. 8. ff. de*
Senat. Conf. Vitriarii jus Publ. L. 3. th. 21. §. 6. in Not. p.
1024. Add. Brunnem. d. l. n. 5. 6. Aliud tamen rursus
obtineret in Saxonia, si illa sententia *Bækeli*, modò
recensita, ibi esset recepta. Aliud quoque esset, si
ejusmodi vidua denuò nuberet, & quidem viro nobili,
sic enim recuperaret nobilitatem per prius matrimo-
nium amissam *Vitriarius d. l.* Pertinent denique huc 57.
hermaphroditi, sive androgyni, etiamsi in illis fœmi-
ninus prævaleat sexus, quia, uti hætenus demonstra-
tum, nec fœminæ prohibentur spondere aliquid sub
fide generositatis, exceptis tamen hæc illis casibus,
quibus fœmina non nisi juramento solenni actum
confirmare potest: sic enim hermaphroditus, si se-
quiori



quiori annumeretur sexui, tanquam potiori *l. 10. ff. d. stat. H.* jure quoque censeretur foeminarum. Quod si neuter prævaleret, sed utrumque de utroque participaret ex æquo, tum electionem habere hermaphroditum, vult *Barbosa d. l. tit. hermaphroditus ax. 2. Add. Irenicum Numæ Pompil. cum Hippocrate p. 164. in f. Jacobus Mollerus in tract. de Cornutis, hermaphroditis &c. p. 181. c. 6.* Sed nos sententiam hanc improbamus cum *illustri Dn. Strykio in tract. de jure sensuum diss. 1. de visu c. 1. n. 62. p. 49.* putantes cum eo, consilio Medicorum, ocularique inspectioni, hoc casu standum esse in dubio.

§. II.

Haftenus dictum de illis, qui spondere aliquid sub fide generositatis possunt. Proferimus pedem ad illos, qui admittuntur quidem ad ejusmodi promissionem, 58. sed non nisi difficulter. Spectant huc (1.) suspecti de fide. Sicut enim suspectus de perjurio vix admittendus ad juramenti præstationem, *c. ille qui hominem 22. q. 2. Lauterbach. in compend. tit. de Jurejur. lit. S.* Ita quoque, argumentò à Juramento ad promissionem nostram deductò, idem affirmo de illo, qui à se fractum iri fidem suspicionem præbet. v. g. Si jam tum semel delibavit fidem, qui enim semel verecundiæ transiit fines, illum gnaviter oportet esse impudentem, inquit *Cicero. Qui semel malus, semper præsumitur talis. Barbosa Thesaur. loc. com. tit. malus ax. 2.* Namque ejusmodi suspectis solenne est ac perfamiliare dicit *Freudenberg de Rescript. morat. t. 7. concl. 30.* ut jurent per fidem gentilitiam, *Ja es sey ihnen öfters in Mundel als*



als das liebe Brod. Et de hisce exaudiendum esse existimo illud:

Nobilis, aut nebulo, parum discrimine distant.
 Nec facile admittentur pauperes. Ut enim de Jure 59.
 minus fidei habetur testimonio pauperis, quam divitis
l. 3. ff. d. test. Freudenberg. d. l. tit. 8 concl. 40. Ita quo-
 que idem dicerem de nobilibus, quibus res angusta
 domi est. Et licet paupertas per se non sit de genere
 malorum, nec abjectum faciat quempiam. *Barbosa*
d. l. tit. pauper. ax. 4. neque suspicionem inducat. *S. ult.*
Inst. d. suspect. tut. & cur. Barbosa d. l. ax. 8. attamen
 quia pauper lucri causa facile aliquid admittet, quod
 alioquin forte nunquam fuisset admissurus, hinc mini-
 mum probè ratio habenda est circumstantiarum, &
 videndum, qui cum tibi agatur, an sit v. g. bonis præ-
 ditus moribus &c. *Conf. Landrecht L. 2. art. 5. n. 3. ibi:*
 Ob wohl ein armer Mann treu und wahrhaftig und
 Bieder seyn könne / dennoch man lieber von ihm ein
 Pfand nehme / als daß man allein seiner blossen Treu
 glauben soll. *vid. Freudenberg l. c.* Sæpè enim pau-
 pertas instrumentum est ac causa alicujus mali. Unde
 quoque exclamat *Martialis L. II. O quantum cogit ege-*
stas! & *Crusius de indiciis delictorum P. I. c. 98. n. 26.*
 tradit: Nobiles strictè sic dictos, rebus & bonis lapsos,
 ac ad egestatem redactos, juxta vulgarem curiarum sty-
 lum, etiam in causis civilibus jurare cogi. *Add. omninò*
Knipschilt de fideicom. Illust. fam. c. 7. n. 31. seqq.

§. III.

Instandum cœptis. Veniendum ad illos, qui 60.
 impediuntur ob aliquod vitium naturale, quò minus


E

sub



sub fide gentilitia obligationem contrahere queant. Ubi notares hanc regulam: Quicumque impeditur jurare, ille quoque impeditur nostrum in modum promittere, propterea, quia & juramentum & promissio, sub fide nobilitatis facta, intellectum præsupponit ac voluntatem. Atqui furiosus, mente captus, pupillus &c. E. Fallit tamen hæc regula in minoribus, quippe qui jurare possunt, polliceri verò ac spondere sub fide generosa impediuntur, propter metum nimirum restitutionis in integrum, quam impedit quidem juramentum, utpote quod ex minori facit majorem, *per Auth. sacramenta puberum c. si advers. vend. Everhard. à Middelburg in Loc. Arg. leg. loc. à vi juramenti 130. n. 2. de quo infra c. seq. pluribus*, Non verò obligatio facta bey Adel. Ehren und Treuen. *Hahn. ad Wesenb. tit. de minoribus n. 3. p. m. 337.* Et ita respondisse *Dnn. Antecessores Facult. Helmstad A. 1602. d. 2. Jun. testatur idem Hahnus d. l.* verba ita habent. *Daß S. v. N. in integrum zu restituiren und in den Stand zu setzen / darinnen vor ergangenen Vertrag die Sache gewesen / und demnach zu rechtmäßiger gebührender Theilung zu verstaten. In welchen allen die Verpflichtung bey Adel. Ehren und Nydes statt gestalten Sachen nach ihm unschädlich ist / B. R. W.* Dicis: juramentum ex minori facit majorem, E. quoque promissio sub fide generositatis contracta: Ratio consequentiæ est, quia quoad effectum non differunt. Sed rz. procederet omnino consequentia, si in omnibus illa duo effective convenirent, & nulla datæ rationis ostendi posset exceptio. *Conf. quæ. c. 6. §. 3. dicemus infra.*

§. IV



§. IV.

Pauca quoque monenda sunt de illis, qui ob certam causam polliceri prohibentur à lege. Huc refer (1.) naturales ac spurios; hi enim, quia nobilitatem non acquirunt tanquam illegitimè nati, *Rumelinus ad A.B.P. 3. diff. 3. th. 8. p. 680. Nolden de success. ab intestato n. 57. p. 60.* cum sordes non mereantur poni inter præcipuos. *l. humilem. C. d. incest. nupt. Gail. L. 2. ob. 88. n. 2. & ob. 115. n. 3. Liebenthal Colleg. Polit Exerc. 10. Q. 8. p. 525.* nec arma sive insignia gerant parentum, juxta illud:

Das ehelich und frey gebohrne Kind/

Behält seines Vaters Heerschild.

Nolden d. l. nec fidei compotes erunt generosæ. Aliud quoad legitimatos per subsequens matrimonium statuendum: hi enim, quia in omnibus comparantur legitimè natis. *Carpz. P. 3. c. 38. d. 17. n. 2. 3. Dn. Stryk. in Exam. jur. feud. c. 15. Q. 38.* ideò quoque sine dubio dignitatis, quâ pater pollet, capaces erunt, *Conf. l. 2. C. d. dignit.* Et consequenter aliquid spondere poterunt sub ejus fide. *Addat. Rumelinus d. l. P. 2. diff. 6. §. 12. Et Stephan. de jurisdict. L. 2. p. 1. c. 5. memb. 2. n. 70.* Dissentit *Liebenthal d. l. Q. 9. p. m. 527.* (2.) Adoptatos; cum enim nobilitas non nisi expressâ Imperatoris hodiè concedatur autoritate. *Dn. Stryk. in coll. Mscto. ad dict. Exam. c. 3. Q. 35.* & propterea terræ filii per adoptionem fieri non possint nobiles. *Ring. Progymnasm. prax. jurid. prog. 13. n. 16.* ideò nec sub fide nobilitatis aliquid promittere poterunt à Nobilibus adoptati. Jure civili tamen, quia per adoptionem à Nobilibus






- factam nobilitas confertur adoptato ignobili, per *l. per adoptionem 35. ff. d. adopt. & l. 5. 6. 10. ff. d. Senat.* Modò scil. adoptio fuerit plena aut etiam arrogatio. *Hopp. in Comment. Inst. tit. d. adopt. §. 8.* idcirco adoptatus etiam sine dubio spondere poterit sub fide generosa.
64. (3.) infames. (4.) civiliter mortuos s. bannitos, in quorum numero est v. g. supremus vigiliarum magister *eb Heidersdorff*, proscriptus ob traditionem urbis
65. Heidelbergensis, hosti adeo turpiter facta. (5.) illos, qui per exercitium vilium artiū indignos sese reddiderunt
66. nobilitate *l. 6. C. de dignit.* (6.) certò modò istos, qui quidem nobiles nati, sed mercaturam exercent. *Conf. Rumelinus ad A.B. diff. 3. P. 3. §. 9. per tot.* Si tamen ut mercatores *bey Treuen und Glauben* aliquid sponderent, in vim juramenti utique sese obligarent, quia etiam inter mercatores hæc verba juramento æquipollent. *Lauterb. Coll. Theor. pract. tit. de Jurejur. §. 20. p. 799.*
68. (7.) Prodigos, utpote qui furiosis comparantur. *l. 12. §. 2. ff. d. tut. & cur. l. 1. pr. ff. d. curat. fur. l. 6. ff. d. V. O.*
- (8.) Surdos & mutos naturâ tales, & qui neque scriptò neque ore tenus intellectum ac suam exprimere possunt voluntatem (9.) Filium f. quantum sc. ad mutuum; hoc enim non convalidatur, etiamsi addatur clausula, *bey meinen Adel. Ehren /* quatenus scil. hoc vergeret in præjudicium tertii, *vid. infra c. 6. §. 3.* (12.) constitutos in officio, Nobilibus alias concedi solito, *die eine Adel. charge bedienenen /* & muneris alicujus militaris eximii administratores factos forte fortuna,
71. *die Cavalliers von fortun.* (13.) ministros, quippe qui nihil promittere valent sub fide & dignitate suorum
- prin-



principalium, auf ihrer Herren parole nisi sc. specialia ad id habeant mandata. Exemplum luculentum nobis est in recens renunciato Duce *Buslerio*, qui, ut ipsi fides adhiberetur, literas mandati ab ipso Rege scriptas ostendebat de *Dixmudiensi* præsidio dimittendo, juxta tenorem nimirum conventionis inter præfectum ejus atque Gallos initæ. Ut enim in alterius animam jurare non possum, nisi sim instructus legitimô mandato. *Illustr. Dn. Stryk. Exam. Jur. feud. c. 13. Q. 9. Introduct. ad præx. for. c. 12. §. 7. Celeberrimus Dn. Wagenseilius c. 7. p. 692. Synops. Jur. feud. quæ extat in loculamento 5to nuper editæ librorum juveniliumpæ. Philippus in Usu præct. Instit. L. 4. eclog. 74. n. 5. Desselius Erotem. Jur. Canon. tit. d. jurament. calum. Q. 4. p. m. 119.* Ita quoque ministrum vel procuratorem non existimo aliquid promittere posse ita solenniter, nisi ad id pariter rite sit instructus: Conveniunt enim ejusm. promissio, atque juramentū effective. *vid. inf. c. 6. §. 3.* Ergò eadem quoque hic observandæ erunt præcautiones, ne tertius inde citra suum obligetur factum atque invitus. Memini me legisse in actis publicis, quod præfectus munimenti *Neuheuseli d. 1. Febr. A. 1683.* miserit aliquam epistolam ad civitatem, *Freistedel* dictam, & sitam versus Silesiam in superiori Hungaria, in qua sub fide Imperatoris Turcici minatus fuerat ipsi dirissima quæque, nisi certam pecuniæ summam intra statum exsolutura esset tempus. Ita autem illa habebat: *Zhr Freystädler Richter und Bürger des Spiessens würdige Hunde / aus was Ursach seyd ihr so Ungehorsam? Was hilffts euch / daß ihr Hunde mir noch viel Postilionen*

72.



lionen herein schicket? Vielleicht ist eure Meinung/
 daß ich euch ungehuldigte Hunde alle gefangen nehmen
 lassen solle/ wofern ihr den Spieß-meritirte Hunde/
 als Ungehuldigte innerhalb 4. Tagen mit einer Summa
 Geldes euch nicht werdet einstellen / so verspreche ich
 bey meines grossen Herrn Glauben/ daß er euch in fur-
 tzen alle gefangen nehmen lassen werde. Hæc ipsa epi-
 stola sicuti spirat partim truculentissimum, partim
 abderiticum ridiculumque caput; ita quoque ultima
 verba non potuissent obligare Imperatorem Turci-
 cum (juxta nostra scil. principia,) etiamsi res ipsa, de
 qua promissio facta, in se turpis non esset, nisi præfe-
 ctus instructus speciali id fecisset mandatô, aut Tu
 decisionem petere velles ex principiis turcicis, ac dice-
 re, Turcas sic obligari, etiamsi deficiat specificum
 mandatum. De juramento, quod Turcæ alioquin
 præstant Christianis *vid. Diar. Europ. P. 9. §. 8. n. 9.* Mul-
 tò minùs ministri, promittentes aliquid sub fide pro-
 pria, auf ihre eigene parole, dominis præjudicare,
 hosque obligare queunt. Neque obest, quod factum
 ministri sit factum ipsius Principis. *l. quæ acta l. ff. de
 offic. procur. Cæsar.* Nam & hæc ipsa lex eatenus tan-
 tum procedit, quatenus speciali mandatô minister fuit
 instructus, nec negotium ad ratificationem domini
 dilatatum, aut mandatum ex ipsa præpositionis aut actus
 natura præsumitur. *vid. Rhet. Inst. Jur. publ. L. 3. t. 7.
 §. 2. 3. & Grotius de jure B. ac P. L. 3. c. 22. §. 2.* Rectè
 itaque *Frider. I.* Rex Daniæ, fidem, quam *Dnut Gül-
 denstern* dederat *Christiano II.* Exregi, ex Hollandia
 reduci facto in Norwegiam, nullus agnoscebat, sed
 nihi-

73.



nihilominus ipsum Sonderburgum & inde Callenburgum captivum abduci jubebat. *vid. Buffendorffs Einleitung c. 9. §. 6.* Promissionem enim facti alieni, quod in potestate non est pollicentis, nihil valere, *infra c. 3. §. 6.* planum sumus reddituri.

§. V.

Satis de subjecto activo. Restat, ut videamus quoque de passivo, sive illis, quibus sub fide aliquid promittitur illustri. Unô nomine de promissariis. Breviter: Quibuscunque potest jurari, illis quoque potest promitti sub fide generositatis. Nihil igitur interest, an sint nobiles, an ignobiles, fœminæ an masculi, modò intellectum habeant ac voluntatem: aliàs enim quid cum ipsis agatur, nesciunt. Neque excludimus hostes. *Brunnem. ad l. 5. ff. d. pact. n. 21. Reinkingk de regim. Secu. & Eccl. L. 2 cl. 1. c. 2. n. 16. seqq. Rauchbar. P. 2. Q. 4. n. 64. Schilter. in manuduct. ad Philosoph. moral. c. 2. §. 20. p. 59. Grot. de Jure B. & P. L. 3 c. 19. §. 1. & L. 2. c. 13. §. 14. Add. c. noli 23. q. 1. l. 22. §. ult. ff. quod. met. causa & Josue c. 6. v. 17. & 22. Jud. c. 1. v. 25. 26.* Neque paganos & infideles. *Clemens Berg. in introduct. in doct. Polit. c. 24. §. 7. c. 22. §. 8. c. 19. §. 11. c. 15. §. 8.* Exemplum perfidiæ in tali casu graviter à DEO vindicatæ *vid. apud generosum Dn. à Ziegler in Schauplatz der Zeit d. 11. Nov. n. 1. p. 1344. & Reinkingk d. l. L. 2. cl. 1. c. 2. n. 23.* neque hæreticos. *Clem. Berg. d. l. neque tyrannos. Grotius d. L. 3. c. 16. §. 2. & 3. Reinkingk d. l. n. 5. vid. tamen Hippolithus à Lapide de ratione Status P. 1. c. 7. p. m. 119.* Neque pyratas, latrones, prædones *Lynck, in Anal. ad Syntag. Struv. tit. de jure jur. th. 16.*

74.



th. 16. in f. arg. l. bona fides 31. ff. depos. & l. non unde 7. C. si cert. pet. Add. Grotius d. l. & L. 2. c. 13. §. 15. & Dn. Menckenius in gymnasio polemico jur. disp. 2. §. 10, p. 10. ut & Daniel Caspar von Lohenstein in Arminio P. 1. L. 6. p. 869. Dissentit. Dn. Puffendorff. de jur. N. G. L. 4. c. 2. §. 8. neque profugos. Mylerus ab Ehrenbach de jur. asyl. c. 12. 18. neque perfidos. Grotius d. l. L. 2. c. 13. §. 16. L. 3. c. 19. §. 12. Rauchbar. d. l. Justus Lipsius L. 2. Polit. c. 14. n. 20. neque perduelles. Rauchbar. d. l. neque rebelles. Brunnem. ad l. 5. ff. d. l. neque servos Grotius d. L. 3. c. 19. §. 6. neque infames. Mencken. d. l. disp. 4. §. 21. p. 63. Et qui ejusmodi farinae alii sunt homunciones. Nec obstat, quantum ad perfidos, illud vulgatum: frangenti fidem, fides frangatur eidem. nec capitul Josephi art. 2. ibi ab initio statim: Und ferners nicht mehr verbindlich ist. Neque quod nuper captivus retentus fuerit Buslerius contra pacta, a confederatis cum praefidio Namurcensi inita: omnia enim debent intelligi cum grano salis. Conf. Grotius. c. l. ult. §. 14. 15 & Barbosa in Th. loc. comm. tit. fides ax. 9.

CAP. III.

De Materia circa quam, sive objecto.

SUMMARIA.

- | | |
|--|--|
| 1. Objectum promissionis in genere est jus promittentis. | 6. Unde colligi possit, juramentum exigi in aliquo actu pro forma. |
| 2. Object. promissionis Nobilium angustius est ac illud jaramenti. | 7. Exceptio (2.) est in actibus judicialibus. |
| 3. Regula de objecto. | 8. Ratio hujus exceptionis. |
| 4. Exceptio (1.) est, quando pro forma requiritur jaramentū. | 9. Privilegia per fidem generosam confirmata sunt irrevocabilia. |
| 5. Ratio exceptionis. | 10. An |




10. Q. An monomachi aggratiari possint illò casu, ubi pœna statuta duellantibus sub fide generosa? A.
11. Nec obstat, quòd sic Princeps fiat perjurus.
12. Aut perfidus.
13. Mylerus simpliciter asserit delicta aboleri posse à Principibus, sed minùs cautè.
14. Nec enim hoc procedit in delictis, quibus pœna jure divinò statuta.
15. Idè dicendum quoque de asylis.
16. Quid si Princeps promittat eundi ac redeundi securitatem?
17. Juramentum desponsatorum non supplet consensum Parentũ.
18. Efficaciora tamen reddit sponsalia in personis, qua sui juris sunt.
19. Nec amor excludit intellectum ac voluntatem.
20. Administratores munerum tenentur ad juramentum in puncto juris.
21. Non v. quoad praxin.
22. Exemplum in Aula Hass. Landgr.
23. Rectius tamen ab illis exigetur juramentum.
24. Aliud exemplum in administratoribus tutela, imprimis quoad Principes ex sententia Mevii.
25. In Camera tamen imperiali illustres ac Principes jurare coguntur, sed per mandatarios.
26. Principes, munus circuli Ducis subeuntes, verè non jurant.
27. Donatio 500. solidos excedens valet, si juramentò vallata.
28. An & si sub generosa fide facta? N.
29. Imprimis si insinuatio absolutè sit necessaria, ut in Saxon.
30. Donatio inter maritum & uxorem, patrem ac filium, non subsistit.
31. Confirmatur tamen juramentò.
32. An quoque fide generosa? N.
33. Valida est alienatio rerum dotaliũ confirmata fide generosa.
34. Quoad praxin.
35. Bona domanialia sunt inalienabilia.
36. Eriam si alienatio confirmata fide generosa.
37. Non licet pacisci de futura hereditate acquirenda.
38. Exceptio in Illustribus.
39. Exemplum recensetur.
40. Nec renunciatur validè hereditatibus nisi interpositò verò juramentò.
41. Casus recensetur.
42. Exceptio, si juramentum remittatur.
43. Rationes eorum, qui sufficere putant hoc casu fidem generosam.

F

44. Re-




44. Resolutio earundem.
45. Hodie tamen ex sententia Mevii renunciationes valerent absque juramento.
46. Testamenta jure civili revocantur, utut confirmata sint juramentò.
47. Ergò multò potiùs, si fide tantùm generosa, tam jure civili quàm can.
48. Pacta contrahendi obligant, si fides accedat generosa.
49. Pactum commissorium non confirmatur juramentò, nec fide generosa.
50. Minor validè agere potest absque curatore.
51. Nec lesus restitui potest, si juramentò confirmavit actum.
52. Secus si fide generosa.
53. Factum a ienum promitti nequit.
54. Nec confirmatur fide interposità generosa.
55. Sicuti nec juramentò.
56. Quia hoc sequitur naturam actus.
57. In ludo non licet promittere.
58. Corroboratur tamen promissio juramentò.
59. Fide generosa.
60. Homicidium non pertinet ad objectum nostræ promissionis.
61. Sicuti nec duella.
62. Melius est, ut uxor intercedat juratò pro marito, quam fide interposità generosa.
63. Si fœmina intercedit pro alio, quàm pro marito, non opus est juratorià renunciatione.
64. Fidejussores possunt renunciare suis beneficiis.
65. Si confirmant fidejussionem fide generosa omnibus renunciant beneficiis.
66. Ratio dissentientium.
67. Responsio ad eam.
68. Jure civili non licet juratò compromittere.
69. Bene tamen. can.
70. Idem, si id fiat per fidem generosam.
71. Testes tenentur verè jurare.
72. Negat id Mylerus ab Ehrenbach quoad Principes Imp.
73. Responsio ad ejus rationem.
74. Tenetur quilibet ad calumnia juramenti prestationem.
75. Nisi tacitè illud sit remissum à parte.
76. Quasnam personas excipiat Setser?
77. Ad quam porrò illustris teneatur juramenta?
78. Exceptio in Austria, Boh. & Bavaria.
79. Vasallus fidelitatem potest promittere sub fide sua generosa.
80. Non



80. Non v. juramentum homagii expediri potest per equipollens.
81. Feuda non possunt alienari sine consensu illius, cujus interest, etiamsi fide generosa confirmetur alienatio.
82. Nisi ab initio ita conveniatur.
83. Exemplum in illustrium Buviorum familia.
84. Foedera possunt confirmari per fidem.
85. Tutius tamen pangerentur juramentò interpositò.
86. Exemplum recensetur, ubi foedus juramentò confirmatum.
87. Idem dicendum de Pacificationibus.
88. Rom Rex tenetur solenni juramentò confirmare capitulationem.
89. An id potuerit prestare modernus Rex Rom. Josephus?
90. Electores quoque juratò tenentur securitatem promittere Electoribus, per eorum territoria ad electionem Regis R. transeuntibus.
91. Electores quoque de idoneo eligendo Rom. Rege tenentur corporale prestare juramentum.

§. I.

TAm ad objectum nobis festinandum est. Nimirum 1.
 promissionis in genere considerata materia circa
 quam, sive objectum est futura juris promissori quaesiti alienatio ac translatio in eum, cui promissio fit.
Velthemius in Metaph. P. I. c. 6. §. 8. in Not. n. 3. p. 490.
 Vel accuratius loquendo: Jus ipsum promittentis.
Grotius de jure B. & P. L. 2. c. II. §. 8. n. I. sive, ut supra 2.
diximus P. I. res aut actus possibilis. Quod autem
 speciatim nostrae promissionis attinet objectum, notandum, quòd hoc non prorsus conveniat cum objecto juramenti, utpote quod magis amplum est, quam nostrae promissionis, sive plures actus possunt juramentò confirmari, quam promissione sub fide generosa facta, siquidem omne id, quod promitti potest sub fide illa, etiam juramentò confirmari potest, sed non vice versa, ita, ut, quicquid juramento convalidari



- lidari potest, possit etiam deduci in promissionem nostram solennem. Negative tamen utique procedit consequentia: quicquid non potest juramento convalidari, illud neque per promissionem, sub splendore nobilitatis interpositam, subsistentiam suam capiet, negatio enim eorum, quod magis est verisimile, etiam id quod minus est verisimile, non potest non negari, si-
3. quidem argumentum a majori ad minus negative deductum, firmum omnino esse, Philosophos aequae inter ac Juratos constat. Interim insistimus tritis Doctorum vestigiis, & ponimus sequentem regulam: Q. Juramento potest confirmari, illud quoque promitti potest sub fide illustri. Sed dicimus insimul exceptionem esse (i.) in illis rebus atque actibus, qui ob pactum, statutum, consuetudinem aut legem ad suam
 5. substantiam specialiter requirunt juramentum verum ac formale. *Mevius P. I. dec. 146. n. 1.* Ratio est, quia toties aequipollens non sufficit, quoties certa forma a jure est statuta. *l. 33. ff. d. jurejur. Molenbec. div. jurid. cent. 2. div. 1. n. 2. Lauterbach. colleg. Theor. pract. tit. de jurejur. §. 20. Dn. Stryk. de success. ab intest. diff. 8. c. 10. §. 20. Barbosa in thesauro loc. com. tit. aequipollens ax. 5. Crusius de indic. delictorum P. I. c. 98. n. 25. Lynckerus in dissert. de his, quae Principum libertati perperam accensentur. Sect. I. §. 16. Besoldus in thes. pract. sub voce. Nydesstatt. Mevius l. c. n. 2.* Quæris: unde
 6. autem cognosco juramentum in aliquo actu exigi pro forma? R. Quoties lex aut statutum præcipit juramentum intervenire debere in aliquo actu, toties ad



ad ejus actus subsistentiam ac formam pertinet juramentum. *Barbosa l. c. tit. forma ax. 8. in f.* Formant equidem alii hanc regulam: ubicunque actus non tenet sine juramento, ibi juramentum est de substantia actus, cujus ommissio vitiat actum ipso jure. *Mylerus ab Ehrenbach de Nomol. Ord. Imp. c. 6. §. 45. p. 104. in med. Crusius de Indic. delict. l. c. Add. Carpz. p. 2. const. 16. d. 5. n. 5.* Verum cum multi actus sint, qui tenent, etiam si juramentum non accedat, & tamen hoc dicatur de eorum esse substantia, ideò priori inhærebimus regulæ, suppeditatæ à Barbosa. Accidit hujusmodi quid in minoribus, qui contractum inire possunt validum, etiam citra juramenti assistentiam, ita, ut per juramentum hoc casu non tam actus, ipso jure invalidus, confirmetur, quàm ut saltem reddatur efficacior, & nihilominus tamen, si quis, contracturus cum minore, impedire velit restitutionem in integrum, ab eo non nisi verum exigere debet juramentum, ut ex *cap. hujus §. 15.* patebit. Nec est, quod quis dicat, legem, generaliter loquentem, generaliter quoque venire explicandam, & consequenter, si aliqua lex in genere exigat juramentum, sub eo quoque intelligi debere promissionem sub fide nobilitatis factam, tanquam speciem juramenti. Nam *sz.* generalis locutio omnes species comprehendit, & expressio generis, continentis species, operatur idem, ac si singulæ expressæ essent species, modò sc. illæ species non sint analogicæ, sed propriè sub genere contineantur. Jam autem nego promissionem, de qua nobis sermo est, esse propriè sic dictam speciem sub juramento contentam.



tentam. Ergo quoq; nego, quod expresse juramentô, tanquam genere, virtualiter etiam expressa sit promissio illa nobilitatis. (2.) In judiciis, quando in causis arduis atque maximi momenti est dicendum testimonium. *Conf. Schvvederi introd. in jus publ. part. spec. §. 2. c. 17. n. 40. p. m. 1044. Lauterbach l. c.* qui simpliciter dicit in testimonio ferendo non admitti solennem hancce sponsonem. *Addant. Mölenbecii divis. jur. d. l. & Crusius d. l. n. 26.* Hic enim verum jusjurandum & certum testium requiri numerum tradit *Mylerus ab Ehrenbach de Nomolog. Ord. Imp. c. 5. §. 1. Rauchbar. P. 2. q. 2. n. 94.* Rationem nostræ assertionis rimanti dabit hanc, quia substantia & fides testimonii in rebus legitimè definiendis unice in jurejurando consistit. *l. 33. ff. d. jurejur. Wehnerus in observ. pract. sub voce bey Ehren Treuen und Glauben. Antonius Daniel Sonnemannus in prælect. pub. ad LL. notabiliore p. 187. vid. infra n. 71. (dissentit Gastel in Speculo Jur. universi c. 29. n. 9. propterea, quia consensu partium juramentum possit remitti) & numero testium. illustr. Stryk. in introd. ad prax. for. c. 18. §. II. Mylerus ab Ehrenbach d. l. (obtinere tamen aliud in Camera Imperiali quoad Imperii Principes, docet Jeremias Setser de juramentis L. 3. c. 9. n. 35.) Unde scribit *Farinac. in tract. de testibus q. 74. n. 54. seq.* Juramentum testium adeò esse necessarium, ut nullo itatutô introduci queat, aut consvetudine, ut injurato credatur testi. Omnes igitur in judicio, cujuscunque etiam sint ordinis, tenentur præstare juramentum verum. Ast quia sic nondum satis perspicuum est ac evidens, quinam sint illi actus, qui extra judicium ad suam sub-*

sub-



subsistentiam formale exigunt Juramentum, idcirco breviter percurremus præcipuas in jure nostro occurrentes materias, & quidem prout illas nobis suggerent Institutionum juris textus, quo non saltem hoc, sed & illos infimul addiscamus casus, in quibus promissio hæc aliquam præstare possit utilitatem vel non.

§. II.

Eod. §. 6. Inst. d. I. N. G. ibi: nam quod alicui ob meritum indulset) Privilegia, ex lucrativa causa (sive quod eod. recidit, ex mera liberalitate. *Philip. in usu pract. L. 1. eclog. 14. n. 1. 2.*) concessa, revocari possunt, quæ verò ex onerosa, non itidem. *Mynsing. decad. 7. resp. 67. n. 6. Alex Arnold. Pagenstecherus in Sicilimentis ad compend. jur. Schultzio-Lauterbachianum p. 141. n. 31. in f.* Ratio est, quia privilegia ex causa onerosa acquisita transeunt in contractum. *Guazzinus de confiscatione bonorum p. 48. n. 8. Carpz. p. 1. dec. 87. n. 10. II.* Quæ ipsa tamen revocabilitas impediri potest, si sub fide & dignitate concedentis v. g. *ben Gräfl. Fürstl. Ehrenprivilegia indulgeantur. Id. Mynsing. cent. 1. ob. 17.*

§. III.

Eod. §. 6. ibi: pœnam irrogavit) Monomachis, quorum neuter occidit alterum, posse impunitatem ex justa concedi causa (de qua vid. *Fritsch. Manuale jur. publ. sub voce, aggratiandi jus p. m. 20.*) docet experientia, testis omni exceptione major. An autem & illo casu, ubi territorii Princeps sub pœna capitis prohibuit duella, prohibitionemque interposita sua fide principali, *ben seinen Fürstl. Ehren* corroboravit (quemadmodum id fecit *Fridericus III. Elector Sceptiger* vid.



*vid. Chur Brandenb. Duell-Edict in f. art. 16. ibi: So ge-
 loben und versprechen Wir hiemit bey Unsern Churfürstl.
 wahren Worten / daß Wir hierunter mit niemanden /
 wer der auch seyn möchte / um einigerley Ursach wil-
 len x.) & quidem indistinctè, sive alteruter eorum
 pereat sive non, jus aggratiandi locum habeat, dubi-
 tare quidem aliquis posset, quia ejusmodi promissio
 æquipolleat juramento, contra quod sine perjurii nota
 propria autoritate quis venire non potest; attamen
 quia in dubiis semper benigniora præferenda. *l. semper
 56. ff. de R. J. Conf. ad b. l. Petrus Mullerus & Bronchor-
 stius in Comment. super tit. de R. I.* (quamvis hanc eand.
 legem paulo aliter interpretetur *Holtermannus in Not.
 & Strict. in Bronchorstium*) & jura in dubio proclivio-
 ra sunt ad absolvendum, quàm ad condemnandum.
*arg. l. Arianus 47. ff. d. O. & A. Add. Barbosa Thes. loc. com.
 tit. liberatio ax. 6.* Ideo nullus dubito asserere, & hoc
 casu Principem ex certa ac justa causa præter exem-
 II. plum subvenire posse duellantibus. Dicis: atqui hac
 ratione Princeps fit perjurus. Enimverò ad id, ut
 quis reus fiat perjurii, formale requiri juramentum,
 12. infra dicetur *c. 6. §. 4.* Atqui tamen, instas, minimum
 notam incurrit perfidiæ. R. contingeret hoc, si Prin-
 ceps promississet, se velle, nullis consideratis circum-
 stantiis, cui libet duellanti mortis dictare pœnam. Sed
 cùm hoc de Principe præsumendum non sit, ne sum-
 mum jus summam faciat injuriam, hinc potius præ-
 sumendum, Principem excepisse illos casus, qui ob
 circumstantias suas pœnæ merentur mitigationem.
 Prætereà uti perjurium respicit necessariò atque præ-
 sup-*



supponit intentionem pejerandi, aut certe scientiam falsitatis in jurante. *Schilterus in introd. ad philosoph. mor. c. 2. §. 21. p. m. 61.* Ita perfidia quoque involvit dolum, fraudem atque præjudicium tertii, sc. illius, in cuius damnum fides non tenetur, quorum neutrum hic de Principe jure dici poterit, utpote qui vi conscientiae (utut forte erroneæ, *conf. Schilterus l. c. c. 7. §. 9. & Hugo Grotius de I. B. ac P. L. 2. c. 23. §. 2. & 1.*) ad faciendum illud, quod ipsi dicitur conscientia, est obligatus, quia aliàs ædificaret ad gehennam. *Barbosa l. c. tit. conscientia ax. 8.* Quid? quod si verum est, quod habet *Klockius Tom. 1. cons. 35. n. 322.* & post eum *Besoldus in thesaur. pract. ad aucto. sub voce: Eydess-tatt* / quòd ille non dicatur pejerare, qui ex legitima causa deserit juramentum, nec ille erit perfidus, qui ex legali ac justa causa non servabit fidem. Similium idem est iudicium *Barbosa l. c. tit. simile ax. 1. & tit. par. ax. 9.* Cæterum criminis alicujus reis impunitatem, sive indulgentiam dari, & sic delictum aboleri, atque sub verbo dignitatis principalis aggratiari posse fontes, simpliciter ac indiscriminatim affirmat *Mylerus ab Ehrenbach de Nomol. Ord. Imp. c. 16. §. 13.* adeo, ut nullò modò amplius examinari, inquietari aut molestiâ affici queant ulla, *ibid.* Verùm id temperandum esse autumo, ita, ut procedat, si delictum non sit dolosum, aut si dolosum, non tamen pœnâ certâ divinâ circumscriptum, quia Princeps legem divinam relaxare, & hinc pœnam eâ statutam condonare minimè potest gentium. *Ziegl. de jur. Majest. p. 186. 192. seq. & in Jus Can. p. 418.* Siquidem penes inferiorem non est, jura violare superioris. *Bar-*

13.

14.

G


bosa



bosa l.c. tit. Jus Nat. ax. 5. Ergo si Princeps, misericordiâ compulsus, aboleret ejusmodi crimen atrox, & promitteret sub sua principali fide, se nunquam illud vindicaturum, nihil ageret, & abolitio foret ipso jure nulla, promissioque consequenter nullatenus attendenda. *arg. l. si hominem 7. ff. depos.* Quadrant huc *Varronis* verbum: *in lente unguentum.* Magistratum equidem facilem esse oportet, non tamen ita, ut calamitosorum illacrymetur precibus: id namque recti & constantis judicis non esse asserit *Callistratus* in elegantissima illa *l. 19. ff. d. Offic. Presid.*

§. IV.


15. §. 2. *Inst. de his qui sui vel. al. jur. ibi: ad statuam confugerunt*) Eadem distinctio, quæ §. *preced.* supeditata, & hic adhibenda erit. Nimirum si delinquens ad statuam confugiat Principis, tanquam ad sacram anchoram, aut ad aliud quoddam asylum, & profugo delicti immunitatem concedat Princeps sub splendore suæ dignitatis principalis, attendendum, quale quantumque sit delictum, numq; jure divino pœnam habeat determinatam, nec ne? (quamvis rursus ejusmodi promissionem ἀπλῶς & simpliciter servandam esse scribat *Mylerus ab Ehbrenbach in tract. de asylorum jure c. 12. §. 8.*) Etenim sicut asyla non profunt dolo delinquentibus. *Dn. Stryk. in not. ad jus Eccl. Brunnem. L. 2. c. 2. §. 7. Rhetius Inst. jur. publ. L. 2. t. 8. §. 1. Vitriarius in jur. publ. L. 3. t. 17. §. 80. (dissentit Antonius Perez. in jure publ. c. 78. p. m. 191. ibi: etiam ob quodcunque scelus)* ita quoq; ejusmodi promissio tanquam contra jus divinum præstita, & hinc ipsô jure nulla, patrocinari nec potest nec debet



debet dolo delinquentibus, ne sc. delicta maneant impunita contra *l. si ita vulneratus* 51. *S. f. ff. ad L. Aquil.* *Barbosa l. c. tit. delictum ax. 13.* Aliud dicendum de eo casu, ubi reo criminis Princeps promisit saltem eundi & redeundi securitatem sub fide sua principali: Sic enim sine impedimento remittendus est reus ad asyli locum. *Mylerus d. l. §. 9.* quandoquidem sanctè omninò servandus veniat salvus conductus. *Philipp, Albertus Orth in Tr. de regali conducendi jure c. 9. p. 327. seq.* Nisi sc. tortura vel pœna corporalis dictata fuerit accusato vel inquisito per sententiam: hucusque enim, & non ulterius, quia se extendit Principis data fides, ideò quoque cessat sic illa promissa securitas, *sie wird aufgehoben* / *Lynckerus in Anal. ad Syntag. Struv. tit. de requir. reis vel abs. damn. th. 47.* *Orth d. l. p. 330. n. 9.* Et consequenter reus carceri mancipari potest. *Molenbec. div. jurid. cent. 3. d. 51. n. 5.* aliàs enim rursus promissio Principis vinculum esset iniquitatis, & modus liberandi reos à promerita pœna.

§. V.

Pr. Inst. de Nupt.) Sponsalia non posse subsistere sine consensu parentum, etiamsi accedat promissio bey *Adel. Ehren/* exinde patet, quia nec juramentum sponsalia contra honestatem, & in præjudicium parentum inita, convalidare poterit. *vid. Beust. in Tr. de jure con-* nubiorum *c. 48.* Sed quid, si contrahentes sint sui juris, & sponsus sese obliget sub generositatis fide? Rationem dubitandi suppeditat vulgatissimum illud: omnis amans, est amens, qui a. amens, ille consentire impeditur. Unde quoque dixit *Plato: ἀφροδίσι ὄρα ἐκ ἐμπροσθίων*, venereum jusjurandum non punitur, quod



quod Erasmus Roterodamus ita explicat: amantium
 jusjurandum irritum est. Ast hocce non obstante
 affirmo quæstionem, & puto, ejusmodi sponsalia longè
 efficaciora esse, atque si simpliciter essent inita. Et
 quamvis Imperator ipse fateatur *Nov. 74. c. 4.* nihil esse
 furore amoris vehementius, quem retinere, Philoso-
 phiæ esset perfectæ, & Pontifex dicat: ubi amor, ibi
 furor. *c. cum juventute 15. Ext. de præsumt.* Nihilomi-
 nus tamen nolim illa verba, prouti jacent, atque in
 19. sensu intelligi proprio. Equidem id negari neutiquam
 potest, quòd amantes, concitati amoris nimii impetu,
 amariis suis vel sanctissimis obtestationibus, & dirissi-
 mis execrationibus nicht nur allein bey Cavaliers-
 parole, sondern auch bey Teuffel hohlen / fidem sæ-
 penumerò promittant conjugalem; quia tamen amor
 non planè excludit intellectum omnem, præsertim ubi
 deliberatio, quò modò re amatâ potiamur & perfrua-
 mur, præcedit, hinc omninò talem promissionem vio-
 landam non esse existimo: *arg. eorum, quæ habet Setser
 de Jurament. L. 1. c. 8. n. 67.*

§. VI

20. *Pr. Inst. de tut. vel cur.*) Administrationem mune-
 rum, juramenti præstationem requirere pro forma, qui-
 dam probare satagunt ex *Nov. 8. c. 7. & l. sancimus C.
 ad L. Jul. repet. vid. Mylerus ab Ehrenbach de Hypar-
 chologia c. 6. S. 2. n. 107. & ejusdem Metrologia c. 10. §. 10.
 n. 3. Gothofred. in Not. ad dict. Nov. Rauchbar. P. 2. Q. 2.*
 21. *n. 91.* Verùm hæc sententia, utut fortè juri sit conve-
 niens, vix tamen ubivis servatur praxi. Imo plerumq;
 hodiè loco juramenti, fidelitas, administrando officio
 ad-



adhibenda, promittitur stipulatâ faltem manu. Sic 22.
ordinatione aulicâ Serenissimi Nutritoris nostri, Dni.
Landgravii Hassiæ, de A. 1682. art. 1. cautum est, ut
ministri ex Comitum, Baronum ac Nobilium ordine
oriundi, stipulatâ tantummodô manu promittant fi-
delitatem sub fide generosa, â reliquis autem verum
exigatur juramentum; ita enim habent verba: *Erstli-*
chen sollen alle dieselbe Grafen / Herren und Juncfern /
so an Unsern Hoff genommen worden / Uns oder Un-
sern Hoff-Marschall / oder der solche Stelle vertritt / an
Unserer Statt / bey ihren Grâßl. und Adel. Ehren ein
Handgelöbniß thun / die andern aber ic. Melius ta- 22.
men, quod libens lubensque fateor, esset, hoc casu
verum ab omnibus indiscriminatum exigeretur jura-
mentum. vid. Dn. â *Seckendorff in Teutschen Fürsten*
Staat P. 2. c. 5. §. 8. p. 90. n. 4. ubi inter alia ita habet:
Ein jedweder wird um mehrer und besserer Versiche-
rung Willen mit einem Cörperl. End zu GOTT dem
Allmächtigen zu Schweren belegt / daß er dem Lan-
des-Herrn treu / hold / gehorsam und gewärtig / auch
in seinen Diensten treu / fleissig und verschwiegen
seyn wolle. Aliud exemplum, quod sc. hodiè admi- 24.
nistratores munerum non semper verum præstent ju-
ramentum, habemus in administratore tutelæ & cura-
telæ, qui vi *Nov. 72. c. ult. & Const. S. Rom. Imp. Polit.*
d. A. 1548. & 1577. verum tenetur præstare juramen-
tum, & nihilominus hodiè ad tutelam admittitur ac
curatelam, promissione præviâ præstitâ loco juramenti,
mit *Hand-Gelübde* oder *Hand-Treu an Endesstatt*
de fideliter gerenda tutela, teste *Hoppiô in Comment.*


ad



- ad pr. Inst. d. satisd. tut. vel curat.* Etgò multò minùs repelletur nobilis, si promittat diligentem ac fidelem tutelæ administrationem sub fide generosa. *Conf. Mevii cons. 88. n. 3. seqq.* ubi operosè defendit, Principem, tutelam aliquam in se suscepturum, non teneri formale præstare juramentum. *Add. Knichen in tract. de Saxon. non prov. jur. in verb. jus cap. 1. n. 33.* Matrem tamen illustrem, subeundo tutelam liberorum suorum, in Camera Imperiali per mandatarium præstitisse juramentum verum. *testatur Dn. King. in progymnasim. Jurid. prax. prog. 18. n. 41. 42. conf. Dn. Franciscus Romanus in dissert. de tutelis personarum illustrium §. 15.* ubi dicit, Juramentum ab illustribus in propria personararius, & semper ferè per alios, speciali mandatò, atque manu propriâ, ipsius Principis subscriptâ, præstari. Rationem *vid. in Ordin. Cam. P. 2. tit. 10. §. wer aber x. 4.* Ex quibus patet, illam *Mevii* sententiam usu in Camera Imperiali non servari. Porro, juramentum non exigitur à Principibus, munus Ducis circuli suscepturis, per *Recessum Imp. d. A. 1555. §. 58. & art. 3. der Erklärung des Land-Friedens d. A. 1522.* Juramentum tamen præstare tenentur inferiores Principibus v. g. Comites, Barones, Nobiles, ejusmodi muneris administrationem subituri, per *dict. text. Conf. Schwederi Introduct. in jus Pub. Par. gen. c. 5. §. 15. pag. 176.*

§. VII.


27. §. 2. *Inst. de donat.*) Donationem simplicem, 500. solidos excedentem, non valere, sc. quoad excessum, nisi interveniat insinuatio, patet ex allegato textu & l. 34.



l. 34. C. eod. Subsistere tamen eam, si fuerit confirmata juramentô, probat c. 28. Ext. d. jurejur. Strauchius diff. 8. ad univ. jus Just. th. 27. p. 129. Illustris. Dn. Stryk. in caut. contract. S. 3. c. 9. §. 5. in f. & in dissert. de different. jur. Civ. & Can. dec. 7. diff. 2. Dissentit ab hac communi opinione Lynckerus in Analect. ad Syntagm. Struv. tit. d. donat. aph. II. ut & ab eo allegatus Carpz. p. 2. const. 12. def. 14. nec non Philipp. in usu pract Inst. L. 2. ecl. 37. n. 6. An & tunc subsistat ejusmodi donatio, 28. quando illa fit mediante fide nobilitatis, quæritur? Non puto, quia alleg. cap. 28. Ext. de Jurejur. de juramento, formaliter tali, loquitur. Et hoc tantò magis 29. procedit tibi, ubi insinuatio statutô aliquô locali ita est necessaria, ut eâ omisâ nec juramento convalidari queat superfluum, sicut id statutum est jur. Sax. Elect. vid. decis. Elect. 26. §. Nachdem ic. De quo casu etiam tantum forte sermo est Carpzovio allegato loco. Sic enim nec juramentum, multò minùs promissio, sub fide generosa facta, poterit ad illud convalidandum sufficere.

§, VIII.

§. 3. Inst. eod. tit.) Donationem simplicem uxorem 30. inter & maritum, patrem ac filiumfam. firmam non esse, constat partim ex tot. tit. ff. & C. de donat inter vir. & uxor. partim ex l. 1. §. si pater i. ff. pro donat. Hujus ratio consistit in identitate ac unitate personarum; illius verò hæc est, quia conjux conjugem non mutuò spoliare debet amore, nec concordia maritalis conciliari pretiô. l. 1. C. dict. tit. Utramque tamen donatio- 31. nem convalidari, juramentô accedente, de jure can. con-



constans & perpetua ferè doctorum assertio est. *vid. Setseri Exercit. 12. ad Inst. §. 7. 8. 9. Barbosa in Thes. loc. comm. tit. donatio ax. 7. Illustris Dn. Stryk. in dissert. de differ jur. civ. & can. dec. 7. diff. 1. 3. Treutler vol. 2. disp. 19. th 3. lit. e. Everhard à Middelburg in Loc. Arg. Leg. loc. 130. n. 15.* Quid E. si donatio talis confirmata
 32. fit per fidei illustris interpositionem? Subsistere eam vult Mylerus ab Ehrenbach in *Tr. de Stat. Imp. c. 27.* & Schwederus in *jure pub. part. spec. Sect. 2. c. 17. §. 40. p. 1044.* Ego verò dubito, an in puncto juris hæc ipsa sententia vera sit, siquidem *cap. cum contingat. 28. Ext. de Jurejur. & cap. quamvis 2. de pact. in 6.* formale omnino requirant hoc in casu juramentū. *vid. Rauchbar. P. 2. q. 2. p. 102.* Ratio enim Pontificis, ob quam talis donatio, juramento confirmata, sustineri debeat, hæc est, ne via aperiatur perjuriis. Atqui hæc ratio non quadrat ad casum, ubi donatio fidei generosæ interpositione corroborata, cum eam non servando nemo fiat perjurus. Ergo quoque fides generosa minime idonea erit ac sufficiens ad convalidandam ejusmodi donationem, ipso jure aliàs invalidam.

§. IX.

33. *Pr. Inst. quib. al. lic. vel non*) Alienatio rerum dotalium ita facta, ut uxor sub fide illustri data consenserit in illam, utique firma est, quoad mores atque praxin, vi quorum hodie in plerisque locis valida est alienatio rerum dotalium, modò mulieris accedat consensus.
34. *Schilterus Exerc. ad ff. 36. th. 95. 96.* Notanter dixi, *quoad praxin*; nam in puncto juris civ. hanc sententiam nullum mereri applausum, quia foemina facile à marito induci



induci potest ad consentiendum, evinci potest ex *l. un. §. 15. C. de rei ux. act. & §. 1. Inst. quib. al. lic. vel non. Conf. illustris Dn. Strykii caut. contract. S. 1. c. 3. §. 24.* Aliud esset, si juramento vero ejusmodi confirmaretur alienatio, sic enim utique subsisteret, de jure sc. can. (quod in hac parte servatur) *per dict. in preced. §. cap. cum contingat 28. Ext. de Jurejur. Add. Hopp. Comment. ad pr. Inst. quib. al. lic. vel non; ad verba: neque consentientibus. Sutholt diss. 6. §. 48. Everhard. à Middelburg. in Loc. Arg. Leg. loc. 130. n. 6. p. 1198.* Rursus notanter dixi, juramentò verò, neque enim sufficiet in puncto juris promissio illa, juramento aliàs æquipollens *arg. eorum quæ habet Dn. Stryk. l. c. Sect. 1. c. 5. §. 17.* Cum jus exigat hic juramentum formale, uti ex modò dictis constat.

§. X.

Eod. pr.) Bona domanialia esse inalienabilia, nemo facile vocabit hodiè in dubium, propt. *cap. intellecto 33. Ext. de jurejur.* Hinc donari, oppignorari, aut vendi ista in præjudicium Reip. possunt nequitquam, adeo, ut donatio eorum non convalescat, etiamsi donatarius diu bona illa possederit. Nullò enim tempore eam fieri ratam, utut mediante facta fuerit juramentò, evinci potest ex modò *alleg. cap. & cap. Abbate sanè de sent. & rejud. in 6. Add. Conring. de finibus Imp. c. 19. Limn. ad Capitul. Car. V. art. 9. p. m. 163.* Positò hòc basis ac fundamenti loco, multò *36.* minus subsistet alienatio bonorum domanialium, fide principali corroborata. Ex quibus insimul elucet, quid de famosa illa *Constantini M.* Papæ facta, habendum sit donatione? *37.* Quamvis enim quis demonstraret nobis

H

ad



ad oculum, illam veram, non fictam aut commentiti-
am esse, sed reverà omninò contigisse, nihilominus
tamen adhuc illam revocari posse, sentio cum *Lieben-*
thalio in Colleg. Polit. Exercit. 7. q. 8.

§. XI.

37. §. *fin. Inst. per quas pers. cuique acquir.*) Prohibere
jus civile, ut ne pacta valeant de futura successione ter-
tii, ignorantis sc. aut dissentientis, neque de reciproca
ipforum paciscentium, lippis æque ac tonsoribus no-
tum est. *Conf. Illustr. Stryk Tract. de Success. ab intest.*
diss. 8. c. 2. §. 6. & c. 12. §. 18. seqq. Rationem genuinam vid.
apud *Nolden in tract. de Hereditat. quæ ab int. def. p. 3.*
n. 6. p. tot. Quam ipsam assertionem in tantum ampliat
Doctorum vulgus, ut ejusmodi pacta prohibita ne ju-
ramentò quidem confirmari queant *Nolden d. l. p. 5. §. 9.*
38. Exceptionem esse tunc, quando ista fiunt illustres inter
personas, ut Principes, Comites, Barones & Nobiles,
docet idem *Nolden d. l. p. 18. n. 20.* Quæ exceptio eò fir-
mior est, quando pacta ab illis inita roborantur fide
generosâ. Nam sicuti juramentum non pertinet ad
confraternitatum substantiam, neque ad obligationis
constitutionem, sed saltim constitutæ intensiorem. *Dn.*
Stryk. d. l. diss. 8. c. 7. §. 17. Ita etiam promissio hæc pactū
confraternitatis reddit tantummodò aliquantum effi-
caciùs.
39. Exemplum maximè illustre in pactis de futura
successione Electorem Palatinum, *Carolus Ludovicum*
gloriosissimæ memoriæ inter & Principem Neobur-
gicum, postea quoque Electorem, *Philippum Guiliel-*
mum, initis habemus; Ita enim illi conventionem, de
terris Electoralibus atq; provinciis factam, statumina-
verant





verant invicem: Schlüßlichen haben Wir vor Uns und
 Unsere Erben bey Unsern Churfürstl. und Fürstl. Wür-
 den/ Ehren und Treuen/ an eines recht leiblichen Endes
 statt/ je einer dem andern recht wohlbedächtlich zugesä-
 get und versprochen. Renunciari quoque posse hodie 40.
 per pacta hereditatibus futuris, sed ita, ut illa confir-
 mentur præcisè per juramentum formale, nec proin-
 sufficiat assertio: Bey Fürstl. Gräfl. Adel. Ehren/ At-
 tici testes sunt, *Illustris Dn. Stryk. dict. tract. de success.
 ab intest. diss. 8. c. 10. §. 20. Carpz. P. 2. const. 16. d. 5. n. 1.
 Struvius in Exercit. ff. 38. th. 51. & juris prud. Rom. Germ.
 for L. 2. t. 34. §. 5. Matthias Colerus decis. 38. Nolden de he-
 redit. quæ ab intest. defer. §. 70. p. 79. Mylerus ab Ehren-
 bach de Nomol. Ord. Imp. c. 6. §. 42. Kellenbenz de renunc.
 success. Q. 2. Setser de jurament. L. 1. c. 16. n. 14. Rauchbar.
 P. 2. Q. 2. n. 103.* ob rationem, quia vis, robur & fir-
 mitas hujusmodi renunciationis omnis consistit in ju-
 ramento & Numinis divini invocatione *c. quamvis 2.
 de pact. in 6. Mylerus ad Ehrenbach. d. l. §. 44, e. g. Sit 41.
 filia, quæ, acceptis 1000. aureis in dotem, promittit sub
 fide sua generosa, se de reliquis parentis bonis nihil
 amplius petituram. Hac promissione non obstante,
 si conferat post ejus obitum illos 1000. aureos in com-
 munem hereditatem, adhuc admittitur ad eam, quia
 deficit verum ac formale juramentum. *Nolden d. l.
 §. 69. p. 78. Quod si tamen filiæ illustri verum remis- 42.
 sum esset juramentum ab iis, quorum interest, vel e-
 tiam consuetudo regionis svaderet aliud, aliud quoque
 foret dicendum. Mylerus ab Ehrenbach d. l. Rauchbar.
 P. 2. Q. 2. n. 105.* Exinde non potest non sequi, postgenitos*

H 2


(quos



(quos vulgò panagiarios, appanagiatos, les cadets, ab-
 gefundene Herren / dicere solemus, it. abbanagiatos,
 quasi abgebannte Herren / juxta Springsfeld *de*
apanagio c. 1. p. 5. n. 15.) non nisi sub juramento ve-
 ro firmiter renunciare successioni, in favorem
 primogeniti. Contraria tamen opinio defensa
 aliquando est sub antea citati *B. Struvii* præsidio, in
 dissertatione de pactis renunciativis habita *Sect. 4.*
§. 2. ubi Autor, secutus sententiam *Fichardi conf. 54. n. 2.*
§. 3. Breulæi de Renunc. caus. 1. c. 2. n. 10. & *Gædeni conf.*
103. n. 58. & *59.* adstruit, quòd promissio ejusm. etiam in
 casu renunciationis habeatur pro juramento, verè &
 corporaliter præstito, quoad vinculum actus atque
 contractus, ita, ut ei contraveniri nullo modo possit, &
 43. quidem ex seqq. rationibus (1.) quia lex cessaret, quæ
 verum requireret juramentum, cum textus *c. quam-*
vis 2. d. pact. in 6. ex quo tota pacti renunciativi de-
 prompta esset materia, neque tacturam neque alia jura-
 menti exigeret solennia, sed de juramento indistinctè
 loqueretur & simpliciter, E. dicit non videri hic re-
 quiri pro actus soliditate solenne aliquod juramentum
 (2.) quia deficeret potestas legis (3.) quia præsuppositò
 hòc, qualecunque sufficeret juramentum, etiam impli-
 44. citè interpositum. Sed distinguendo verum inter ac so-
 lenne juramentum responderi debere duco. Id ambabus
 largiri possumus manibus, quòd *cap. alleg.* non requi-
 rat quidem juramentum solenne, ast exinde non pro-
 batur, quod neque verum necessarium sit juramentum
 ad ejusmodi renunciationem. Nego igitur consequen-
 tiam: lex non exigit tacturam Evangelii, neque alia
 jura-



juramenti solennia, E. non exigit juramentum verum, quandoquidem id saltem exinde sequatur, E. non exigit juramentum solenne, quod libenter concedimus. *Alia Menecles, alia Porcellus loquitur.* Objicis: loquitur textus indistinctè de juramento, E. sufficiet promissio, sub fide generosa facta, ratio consequentiæ est, quia & illa promissio est juramentum, ubi enim lex non distinguit, nec nos distinguere oportebit. Satis speciosè, modo fatis benè. Verùm nego rursus atque pernego consequentiam, cùm fundamenti & basis loco suprâ posuimus hancce regulâ: *quoties lex aut statutum &c. vid. cap. hujus §. I.* Quam ipsam regulam non volumus intellectam de quovis, & sic etiam de juramento improprio, sed saltem de vero, ita ut huc redeat regulæ sensus: quoties lex aut statutum exigit juramentum, toties ad ejus actûs formam pertinet juramentum, *verum sc.* cum primis tunc, quando (quod *suprà §. I.* debuissimus monere) circumstantiæ svadeant, verum omninò exigi juramentum ad actûs illius, de quo sermo est, subsistentiam, ita ut non immeritò hîc excludamus improprie tale ac æquipollens. Atqui, subsumo, cap. illud requirit juramentum ad renunciationis validitatem, E. non sufficiet æquipollens, sed verum ut adhibeatur, necesse est. Rationem rationis quod concernit, fallit & id, quod cap. istud non distingvat, siquidem hoc ipsò, dum dicit, vergere juramenti violationem in æternæ salutis dispendium, fatis clarè innuit, se de illo saltem juramento, quod perjurium infert, loqui: unicò verbò: de vero. Ad secundum reponimus hoc: licet verum id esse fateamur ipsimet, quòd expressa lex ostendi



ostendi non possit, quæ pleniùs probet, quòd renunciatio nihil valeat, etiamsi illa munita sit fidei nobilitatis fulcrò; attamen si supponamus ex modò dictis, quòd verba *cap. 2. de pact. in 6.* accipienda sint in sensu proprio, vix nos legis deficiet potestas: à contrario enim sensu (quod argumentum validum utique esse putamus. *vid. Everhard à Middelburg. in Top. Leg. loco à contrario sensu n. 1. & Dialect. Jur. Dn. Pott c. 2. q. 34. p. m. 46.*) sequitur, quod omne illud juramentum, quod verum non est, hoc casu non habeat vim, actum jure civili invalidum, confirmandi. Ad tertium respondeamus, ex præsupposito falso non nisi falsam inferri posse conclusionem: qualis causa, talis effectus. Cæterum nec hoc veritati consonum est, promissionem sub fide generosa factam, esse juramentum implicite tale, per ea, quæ dicemus *infra c. 4.* Cui nihilominus rationes à nobis dissentientium adhuc satis videntur momentosæ & tantæ, ut ariete nostrarum oppositarum rationum quasari ac everti non possint, ille sententiam eligat contrariam. Per nos licet. *Mens videt, mens audit.* Omnia tamen, quæ pro nostra attulimus sententia, procedunt, nisi consuetudine ac statutò introductum sit, ut conventiones tales, etiam injuratæ, firmæ sint ac ratæ: Sic enim clausula illa solennis eò majorem conventionibus conciliabit efficaciam, *illustris Dn. Stryk. in tract. de success. ab intest. diss. 8. c. 10. §. 23.* ubi addit,

45. Mevium asserere, quòd hodiè, postquam mores pacta successoria approbarunt passim, renunciationes absque juramento valeant, & juramentum saltim iis in locis requiratur, ubi expresse adhuc observatur jus civile.

(2.) Si



(2.) Si renunciatio fiat fratribus de patris hereditate, eō consentiente. (3.) Si fiat de hereditate jam delata. *ibid.*

§. XII.

§. 2. *Inst. quibus mod. test. inf.*) De jure civili testamēta posse revocari, etiamsi juramentum adjectum de non revocandis istis, propterea, quia juramentum sequitur naturam actus, cui adjicitur, communis ferè Doctorum opinio est. *conf. Autor praxis modernæ Inst. Imp. L. 2. obs. 64. p. 682.* Quoniam tamen perjurii reus fit, qui tale mutat testamentum. *arg. c. quamvis 2. d. pact. in 6.* Nisi fortè absolutio à juramento in posteriori petatur testamento. *Wurmserus in Nucleo juris contro.* 46.
L. 2. t. 17. n. 2. Ideò quoq; ille, qui sub fide generosa alicui promittit, se non revocaturum testamentum, vix effugiet perfidiæ notam in casu contraventionis, utat fortè testamentum posterius jure etiam canonico (utpote quod loquitur de juramento formaliter tali, per ea que §. *preced.* dicta) subsisteret, & illud, prius sc. cui illa clausula solennis adjecta; rueret, Caveat itaque sibi quilibet ab usu ejusmodi promissionis in testamentis: aliàs enim, aut ligabit sibi testator manus, aut si testamentū mutare velit, fidei faciet jacturam. Melius est aliquid planè non facere, quam factum revocare turpiter.

§. XIII.

§. 2. *Inst. de oblig.*) Quod pacta contrahendi sive de 48.
 contrahendo ne hodiè quidem ullam pariant exceptionem, multò minùs actionem, eleganter & curatè demonstrat *Dn. Coccejus in dissert. de usu & differentia hodierna pactorum & stipulationum Sect. I. §. I. seqq.* modo sc. contractus secutus non fit, aut secutus quidem, sed
 inuti-



inutilis sit, *ibid.* Exceptionem tamen esse, si appareat, partes pactô rem conficere, & paciscendo ante perfectum contractum quoq; se obligare voluisse, docetur *ibidem* §. 21. Consistere autem de animo paciscendi, si dies adjiciatur, intra quem e.c. venditio fieri deberet, & specialis utrinq; fides. v.g. generositatis, die Cavaliers-parole, daretur, infero *arg. eorum, quæ habentur ult. cit. loc.*

§. XIV.

49. §. ult. *Inst. quib. mod. re contr.*) Pactum commissorium quia sit prohibitum, nullus dubito, propter *l. f. C. d. pact. & c. significante 7. Ext. d. pignor. Conf. Almers Manuale Jurid. sub voce commissorium pactum, & Dn. Gothofredus de Fena, orator olim potentissimi Electoris Brandenb. ad comitia Ratisbonensia disertissimus, hodie Cancellarius per Ducatum Magdeburgensem splendidissimus, in Dissert. de Lege commissoria th. 28. p. 86. Quod ampliatur, etiam si accedat juramentum debitoris oppignorantis, *id. th. 27. p. 84.* Cum juramentum bonis moribus contrarium minimè sit obligatorium *cap. 58. de R. I. in 6. id. th. 26. p. 81.* Ergo multo minus ejusmodi pactum, jure N. prohibitum, confirmari poterit per interpositionem fidei generosæ.*

§. XV.

50. §. 9. *Inst. d. inut. stip.*) Minor curatorem non habens, validè se obligare potest. *Hopp. in comment. ad Inst. tit. de Curat. pr.* propterea, quia libere res suas disponere potest atque negotia. *ib.* Quod si tamen læsus, in integrum debet restitui *l. 3. C. d. in integr. rest. l. 9. §. 4. ff. de Jurejur.* (Juvenes enim, uti notum, juvenantur) nisi juramento suum contractum confirmaverit minor;


Siqui-



Siquidem juramentum ex minori facit majorem, hincque restitutionem omnino impedit. *Conf. supra c. 2. §. 3. & Everhard à Middelburg. Loc. Arg. leg. loc. 130. n. 8.* Quæritur: an quoque per fidei generosæ interpositionem actus minoris, curatorem non habentis, ita corroborari possit, ut postea in integrum restitui nequeat; Negatid *Dn. de Burg. in dissert. de perjurio c. 4. th. 12.* ubi dicit, contractum minoris, in integrum non restituendi, verum requirere juramentum, (adeò, ut non sufficiat ejus æquipollens) & quidem pro forma, juxta *Zangerum de except. p. 3 c. 11. n. 198. p. § 40.* ob hanc rationem, quia promissio sub generositatis fide contracta ex minori non facit majorem *supra c. 3. §. 1. Conf. Rauchbar. p. 2. Q. 2. n. 96. & Wesenbecius conf. 15. & 23.* Contracturus igitur cum minore, curatorem non habente, nequaquam in confirmatione contractus, sub fide nobilitatis facta, acquiescat, sed omnem moveat lapidem, ut confirmetur formali juramento contractus. *Add. illustris Dn Stryk caut. contr. S. 1. c. 2. §. 22.* Multò minùs acquiescat, si curatorem habet, nec tamen ejus adhibeat consensum.

§. XVI.


§. 20. *Inst. de inut. stipul.*) Promissionem facti alieni non tenere, notissimi juris est. §. 3. *Inst. d. inut. act. Conf. Jacobus Rigos à Malosco in comment. ad tit. de VS. l. 69. n. 1. Barbosa in Thes. loc. com. tit. promissio ax. 13.* Ratio est, quia ad stipulationem requiritur, ut inter ipsos contrahentes geratur negotium. *Jacobus Rigos à Malosco d. l.* Tenere tamen eam, si adhibeatur illa cautela, quam suggerit Imperator §. 2. *Inst. d. inut. stipul.* pariter notum est. *vid. Joh. Borcholt. in Comm. ad Inst. tit. de inut. stipul. §. antea cit.* Quid autem, si quis factum alienum promittat, mediante fidei asseveratione, & quidem fidei generositatis v. g. Titium debitam soluturum pecuniam? Nec sic satis securum esse creditorem, mihi firmiter habeo persuasum, propterea, quia nec sub juramento solenni factum efficaciter promitti potest alienum. *Dn. Stryk in Tr. de caut. contract. S. 1. c. 3 § 39.* Quòd verò juramentum in ejusmodi casu sufficiens non sit, probatur exinde, quia omne juramentum sequitur naturam actus *Barbosa l. c. tit. juramentum ax. 48. Knippschilt de fideicom fam. illust. c. 11, n. 24. c. 16. n. 59. & 243.*



& consequenter inde capit interpretationem. Si actus prohibitus est & nullus, etiam juramentum tale erit. *Illustris Stryk in tr. de jure sensuum diff. 10 c. 7 n. 7.* Jam verò verba ista v.g. Juro Titium soluturum, per naturam non capi poterunt aliter, quàm me credere ipsum soluturum, vel me navare operam velle, ut iste solvat. *Barbosa l. c. tit. promissio ax 12. inf.* (ad hoc enim alioquin non obligabor jure civil *Lauterb. in comp. tit. d. V. O. inf.* Nisi effectu- rum me, ut Titius solvat, sponderim expressè. §. 3. *Inst. d. inut. stipul. conf. Lynck. in Analect. ad Inst. d. l.*) Ergò quoque jurans (& consequenter sub fide illustri promittens) se non potest ad plura adstringere & majora, quàm quæ natura actus admittit. *Barbosa l. c. lim 6. Dn. Stryk. d. l.*

§. XVII.

57. §. 23. *Inst. de inut. stipul.*) Ad turpes stipulationes pertinere quoque illas, quæ in ludo fiunt illicito, notat *Philip. in usu pract. Inst. L. 3. eclog 59. n 5* Quod de illis cum primis ludis intelligen- dum venit, qui fortunæ tantum sunt, ut evincit *t. t. ff. & C. de aleat. & al. lus. Conf. Barbosa in Thes. Loc. Comm. tit. ludus ax. 2.* Im- primis quoad Clericos, per curiosam illam, & omnibus Clericis commendatu dignam. *Auth interdiciamus C. de Episcop. & Cleric.* Causam rimanti dabimus hanc, quia ludi multis tristibus casibus, rixis, vulneribus atque homicidiis dederunt causam. Hinc ad perditum nondum solutum nulla datur exactio. *l. f. C. de aleat. Lau- terbach. in compend. h. t. Struvius Syntagm. jur. civ. Ex. 15. th. 57.* & collusor mutuò datam non repetit pecuniam, si recupera vit jam tum eam ludendo, *Wann er es dem andern geliehen / und wieder abgewonnen /* modò sit ultra summam à jure aut statuto permis- sam. *Lehmannus de variis ludendi generibus c. 6. p. 97. n. 10. Conf.*
58. *Fibig. colleg. publ. Exerc. 9. Semid. Q. 5 p. 430.* Ast firmari hæc om- nia, si juramentum perdentis, s. amittentis pecuniam, accedat, asserit *Dn. Hopp. in disput. de fide habita. p. 24. n. 58.* Quia scilicet sic juri suo renunciaffe & donasse videtur id, cujus ludendo fecit ja- turam. Quid si accesserit fides generosa, vel, si quis sub fide pro- miserit nobilitatis, se illud, quod perditum fuerit, soluturum vel restitutum id, quod concrederet collusor, etiamsi ludendo pe- cuniam



cuniam concreditam reciperet alter? Et hinc validè se obligare promittentem, affirmo, imprimis quoad mores, quia ludi ferè juris G. facti, adeò, ut valde dedecorosum habeatur hodiè, non velle solvere alteri, qui fidem habuit, illud, quod ludendo est lucratum. Imo hodiè, teste *Hoppio l. c.* varia conceduntur remedia ad exigendum illud, de quo habita in lusu fides.

§. XVIII.

Eod. §.) Quàm turpe etiam sit, juramentò sese obligare ad alterius internecionem, nullus tamen *Philippus II.* Rex Hispaniarum veritus est, quò minus sub regia, & insimul Christiana fide, sponderet illi ingentem pecuniæ sumam, qui copiam sibi facturum esset habendi, vel vivi vel mortui, *Wilhelmi Principis Arausionensis Dn. à Ziegler in Schauplatz der Zeit d. 30. Jun n. 3. p. 767.* Verum enim vero ipsam hanc promissionem ipsò jure fuisse nullam (cum nemo sese obligare queat ad homicidium, tanquam rem moraliter impossibilem. *cap. nemo 6. de R. I. in 6. conf. Barbosa in Thes. loc. comm. tit. turpe ax. 4.*) statuo arg. eorum, quæ habet *Grot. de Jure B. & P. L. 2. c. 13. n. 6.* quandoquidem aliàs ejusmodi promissio vinculum esset iniquitatis. Eleganter *Cic. Philip. 8. Sceleris promissio, & iis, qui expectant, periculosa est, & iis, qui promittunt.*

§. XIX.


Eod. §.) Ad duella nemo sese obligare potest sub fide generosa, quia sunt illicita. *Berlich. p. 4. concl. 16. n. 11. Obrecht. Tract. de defens. c. 11. n. 56.* imprimis ibi, ubi per specialia statuta severè interdicta est monomachia. Sicut enim nullò juramentò adstringere me possum ad interficiendū alterum, quia illud citra dispendium salutis servari non posset. *vid. §. preced.* Ita quoque neque ad duellum, quia & hic minimū per consequentiam atque indirectò intendi videtur cædes. Equidem non ad palatum erit hæc monomachis sententia, in puncto tamen juris vera est. Quid igitur, si duo nobiles congregiuntur duello sub fide generosa, bey parole, ita, ut compromittant, se velle invicè parcere vitæ, & alter alterum nihilofecius occidit, magis tamen per culpam, quam per dolum s. præter intentionem directam? Ipsum nihilominus teneri ex lege *Cornelia reor arg. eorum, quæ habet Hahn.*



ad Wesenbee. tit. de L. A. n. 4. Brunnem. de inquisit. process. c. 9. n. 62. Franzk. L. 2. resol. 23. Ratio est, quia versatur in re illicita, ubi dolus præsumitur. l. si. non convicii §. C. d. injur. Barbosa Thes. Loc. com. r. dolus ax. 3. Accedit, quod ipse actus duellandi adeo graviter plerumque sit interdictus, ut ultimum supplicium sit statutum in suscipientes duellum, sive eorum pereat quis, sive non. vid. Chur. Brandenb. Duell-Edict art. 7. Prætereà nequeunt ad mensuram dari vulnera. Sufficit ergò, quod in tale consentiat factum, ex quo facile sequi potest homicidium. Neque obstat, quod volenti non fiat injuria. l. §. 5. ff. d. injuriis. Etenim regula illa non ulterius procedit, nisi qua quisque velle potest. Stryk. de cautel. contract. S. 2. c. 6. §. 17. Vel non valet in illis, quæ ex regulis justitiæ potiùs, quam ex voluntate pendent patientis. Multa enim sunt, in quibus juri suo quis cedere non potest pro arbitrio. Lynckerus in Anal. ad Syntagm. Struv. tit. de injuriis th. § 6. Add. Barbosa in Thes. Loc. comm. tit. renunciatio ax. 1. in limit.

§. XX.

62. Pr. Inst. de fidejussor) An intercessio uxoris pro marito sit talis actus, qui ad sui substantiam requirat juramentum formale, sive qui solenni est confirmandus jurejurandò, non convenit satis inter Dd. Quicquid sit, veram juramenti hoc casu annectere clausulam, consultissimum utique est, cùm exinde major animi colligatur deliberatio. Dn. Stryk. in caut. contr. Sect. 2. c. 6. §. 5. & ab eo allegatus Carpz. p. 2. const. 16. d. 5. Berlich. p. 2. concl. 21 n. 35. & 30. ubi expressè dicit, promissionem sub fide illustri interpositam, de non provocando ad Sctum Vellejanum, non sufficere hoc casu, sed verum omnino requiri juramentum. add. Rauchbar. P. 2. q. 2. n. 100. Dn. Pet. Mullerus ad Synt Struv. Exerc. 17. th. 11. Quædrabit igitur huc illud: superflua non nocent. l. cum antiquitas 28. C. de test. Conf Barbosa in Thes. loc. comm. tit. superfluum ax. 4. An autem in aliis casibus, ubi uxor non intercedit pro marito, sufficiat illa promissio, id minus habet dubii: Si enim renunciatio Scti Vell. etiam extrajudicialis, ac non juratò facta subsistit, arg. l. pen. C. de pact. Molenbec. div. jur. cent. 2. div. § 1. n. 7. Hering. de fidejuss. c. 7. n. 468. Struv. in jurispr. Rom. Germ. L. 3. t. 9. aph. 4. multò



multò magis etiam subsistet illa, quæ ejusmodi solennem anexam
habet promissionem Argumentum namque à minori ad majus,
bonum utique est ac firmum, affirmativè sc. si instituat. *Everb.*
Loc. Arg. Leg. locò 15. statim ab initio. Dissentit *Zangerus de except.*
c. 3. c. 11. n. 205. seq. Ubi n. 208. refutat *Rauchbarum*, & explicat
Electoris Saxon. constitutionem 16. P. 2,

§. XXI.

§. 4. *ejusd. tit. de fidejuss.*) Fidejussores suis beneficiis posse re- 64.
nunciare, & sese devincire creditori simpliciter, infero ex *l. si quis*
in conscribendo 29 C. de pact. Conf. Grassus commun. opin L. 1. c. 11. q. 5.
& Barbosa in Thesuro loc. comm. t. renunciatio ax. 1. Wesenb. conf. 10.
An autem, si generaliter omnibus beneficiis renunciatum sit à fi-
dejussore, nec beneficio ordinis amplius uti queat, legibus civili- 65.
bus determinatum non est. *Berl. P. 2. concl. pr. 22.* Illò tamen casu,
ubi fidejussor sponsonem suam juramentò aut promissione fir-
mavit solenniori, *ben Udel. Ehren/ & generaliter insimul omni-*
bus renunciavit beneficiis, ipsam singulis quoque renunciaffe, sta-
tuunt. Gail L. 2. obs. 27. n. 23. Menochius 1. conf. 27 n. 8. Pet. Mülle-
rus in Not. ad Struv Syntag. Ex 17. th 11. (Utut renunciatio alias
sit stricti juris. *Clezelius de appell. c. 2. n. 51.*) Sine dubio ex hac ra-
tione, quia juramentum & consequenter quoque interpositio fi-
dei generosæ (*vid. inf. c. 6. §. 3.*) habet vim specialis renunciatio-
nis. *illust. Stryk. de jure sensuum diss 10 c. 7. n. 7. Dn Ring progymn.*
prax. jur progymn. 19. n. 63. Unde etiam nata regula: Renunciatio
generalis jurata habetur pro speciali. *Barbosa l. c. tit. renunciatio*
ax. 6. Guazzinus de confiscatione bonorum p. m. 275. n. 52. & renuncia-
tio generalis (injurata sc.) non comprehendit particulares *Joan.*
Mosnerius in addit. ad selectas LL. Petri Fontis sub voce: renunciatio.
Dissentientes vid. in diss sub presidio D. Bechmanni de beneficio ordinis
olim Fena habita pos. 15. Potissima ratio, quæ ibi adducitur, hæc est: 66.
Juramentum negotio alicui adpositum non hoc operatur, ut ne-
gotium istud degeneret in aliud, sed ut in forma & natura sua
tantò sit firmitus. E. quoq; ut servet fidejussionem in sua natura,
ita, ut prius conveniatur principalis, quàm fidejussor. Sed *by. jura-*
mentum & promissionem, fide illustri circumvallatam, hóc ipsò
sibi 67.




sibi producere effectū contrarium, cum adjiciatur non eò, ut fidejussor salva sibi reservet beneficia, sed ut illis renunciaret eò efficacius. Ut igitur, (assumimus rationem) renunciationis actus sit tantò firmior, adjicitur juramentum, non verò, ut fidejussionis beneficia illaesa maneant ac salva, utpote quibus renunciatum.

§. XXII.

68. §. 1. *Inst. de action.*) Quod novissimò non permittatur jure civili, ut per juramentum fiant compromissa, videre est *ex Auth. decernit C. de recept. arbit. & Nov. 82. c. 11. Conf. illustris Stryk. de different. jur. can. & civ. dec 8. diff. 6.* Jure canonico autem juramentò posse compromitti, evincit ibi allegatū *cap. 5. Ext d. arbit.* Idem quoque dicendum erit de praxi: Ut enim hodiè laudum, etiam citra juramentum, vim habeat sententiæ judicialis *l. 5. C. de recept. arbit.* attamen in eo juramentum compromisso adjectū laudum facit firmitus, ut mox illud valeat, ita, ut intra decem dies facultas illi contradicendi non sit permissa, teste *illustri Strykio in collegio Msto ad dict. l. differ. jur. C. & C.* Quin idem quoque sit, si compromittatur sub fide generosa, non ambigo, cum primis quoad praxin, quia *Lauterb. in colleg theor. pract. tit. de jurejur. §. 20.* refert in causa *Baden contra Baden A. 1543.* post gravem disputationem decisum tandem fuisse in Camera Imp. compromissum sub fide & dignitate Principum factum, non aliter habendum esse, ac si vero confirmatum fuisset juramento.

§. XXIII.

71. §. 1. *Inst. de pœn. tem. litig.*) Ad objectum fidei generosæ non pertinere actus judiciales, sed verum omninò præstandum in judicio esse juramentum, nisi pars parti illud remittat, & contentus sit, si v g testis sub fide deponat generosa, ab initio hujus *cap. §. 1.* jam tum ex parte dictum. *Add. Mylerus ab Ehrenb. de Nomol. ord. Imp. c. 5. §. 1. & 2. 3. Lynckerus in diss. de his, quæ perperam accensentur Principum libertati Sect. 1. §. 16.* Præjudicia habet *Rulandus de Commiss. L. 2. c. 11. n. 20. & 45.* Et hanc sententiã praxi imperii receptam esse, probat sæpiùs laudatus *Mylerus d. l. c. 7. §. 3.* ita tamen, ut nobilibus hoc casu salvū maneat privilegium *l. ad personas egregias 15. ff. de jurejur.* de quo vid *Sonneman. in Praelect. ad LL. notabiliores p. 16.*
Adsti-



Adstipulatur tamen denique *d.l. §. 4.* negativæ sententiæ (quantum sc. ad imperii Principes) ob præsumtionem justitiæ, quæ pro 72.
 ipsis militat. Ast cum illa præsumtio procedat saltem extra judi- 73.
 cium, non verò in actibus judicialibus, ut ex jure divino, gentili,
 civili ac canonico. *c. 5. §. 4. seqq.* latè deducit *idem Mylerus*, idè
 etiamnum praxi servatur affirmativa. Sive igitur persona gene-
 rosa actoris, sive rei sive accusatoris gerat vices, jurare ipsam
 oportebit. *Mylerus ab Ehrenb. d.l. c. 5. §. 1.* quia in judicio cuiquam
 de se, de ve suo facto, vel de alieno, affirmanti citra alias proba-
 tiones non creditur, *ibid.* Et sic tenebitur ad juramenti calumniæ 74.
 præstationem, non secus ac ignobilis. *arg. eorum quæ habet Lauter-*
bachtit. de jurejur. lit. A. ibi: cujuscunq; sexus aut dignitatis. Schnei-
devvinus in Comm. ad Inst. t. d. pœna temere litig. n. 6. p. m. 1842. adèd,
 ut si omittatur juramentum calumniæ, cum tamen pars illud pe-
 tierit, sententia ipso jure nulla sit. *Vantius de nullitatibus processu-*
um ac sentent. p. 441. n. 29. Notanter autem dictum, si illud pars 75.
 petierit, tacitè enim, quin illud remitti possit à partibus secundū
 jus canon. defendit. *illustr Stryk. introd. ad prax. c. 12. §. 6.* non verò
 expressè, neque jure can. neque civili. *Lauterb. c. l.* Excipit tamen 76.
Setser. de jurament. L. 3. c. 3. n. 109. magistratus, summam & regalè
 dignitatem obtinentes v. g. Reges, Principes, Fiscalem Cæsaris,
ib. n. 111. Romanum Pontificem *n. 112.* Cardinales & certò casū
 Episcopos. *n. 114. &c.* quia pro his omnibus maxima esset juris
 præsumtio. *Conf. Mev. conf. 38. n. 6.* Porrò tenetur ad juramentū 77.
 respondendorum, dandorum, malitiæ, perhorrescentiæ, appel-
 lationis, purgationis, diffessionis (de quo vid. *Zubrodtt de compa-*
ratione literarum c. 11. §. 13. p. 129.) litis decisorium in judicio, ju-
 ramentum in litem, tam ordinarium s. affectionis, quam extraor-
 dinarium, paupertatis, utpote quæ omnia præstantur in judicio.
Add. Rauchbar. P. 2. Q2. n. 93. Judicialia autem juramenta per
 æquipollentia adimpleri nequeunt. *Carpz. p. 2 const. 36. d. 9. n. 2.*
 Insuper *Mylerus c. 7. §. 6.* probat, negativam etiam quoad nobiles 78.
 adèd receptam esse in Archi-Ducatu Austriæ, Bavariæ & regno
 Bohemiæ, ut illustres & nobiles solâ scripturâ propriô sigillô mu-
 nitâ, absq; corporalis juramenti præstatione testimonium dicant.
vid.



vid. *Arnoldus de Reiger Thes. jur. in verbo: nobilis, n. 22. Wehnerus in Obs pract. sub voce: bey Ehren/ Treuen und Glauben.* Extra tamen has provincias & regnum id usu non servari, sed ex singulari privilegio, longaque observantia id ibi receptum esse, testatur *idem Wehner, d.l. Gilhausen in arbore judiciaria p. 6. c. 6. §. 6. n. 7.* ut *Mascardus* asserat in *tract. de probat. concl. 1097. n. 3.* in genere, sufficere, si per scripturam *unter eigener Hand und Pittschafft/* absque corporali juramento judici mittant testimonii depositionem. Respondet enim *Dn. D. Petrus Mullerus in diss. de excellentia personæ c. 4.* breviter ita: *deceptus forte praxi unius alteriusve loci id universale esse existimavit Mascardus.*

§. XXIV.

79. 2. *Feud. 3. in fin.*) Quod investitura subsistat, etiamsi Vasallus tantum promiserit fidelitatem sub fide illustri, exinde probatur, quia juramentum fidelitatis planè remitti potest *illustr. Stryk. Exam. jur. feud. c. 13. Q. 3.* Status tamen imperii, semper, investituram ab Imperatore petentes, præstare juramentum solenne, docet quotidiana praxis. *Conf. Itterus de feudis imp. c. 9. §. 38. Rauchbar. p. 2. q. 2. n. 91.* Quid dicendum de homagii juramento? Mediante corporali id præstandū esse juramento, nisi aliud conventionem vel præscriptionem inductum, tradit *Schvederus in introduct. jur. publ. p. 2. S. 2. c. 11. §. 3. p. 913. Rauchbar. d.l.*

§. XXV.

81. 2. *Feud. § 2.*) Feuda non posse alienari sine domini directi & agnatorum, simultaneeque investitorum, consensu *vid. Dn. Schilteri Inst. jur. feud. nuper admodum editas Argentorati, c. 6. §. 16. & Paulus Franciscus Romanus Exercit. jurid. de feudis ult. c. 8. Struvius syntagm. jur. feud. c. 7. aph. 7. p. 236. c. 11. aph. 1. n. 1. p. 401. c. 13. aph. 19. n. 3.* Quid verò, si possessor feudi necessitate coactus feudum oppignoravit aut alienavit sub fide sua generosa? An non hoc casu agnati ad fidem possessoris feudi integram servandam tenentur consentire? Non puto, quia sicut per juramentum alterius mihi jus semel quæsitum auferri non potest, ita quoq; nec per ejusmodi promissionem solennem. Consultum ergo est, ut ab initio statim certa pacta de consentiendo in certæ partis, aut toti feudi,



feudi, venditionem ineantur: Sic enim neutiquam agnati possunt labefactare fidem possessoris, *vid. dissert. ad illustrium Bunavitorum statuta Fene sub presidio Dn. Petri Mulleri, Professoris quondam, hodie apud Comitum Ruthenum, linea Gerana, Cancellarii meritisissimi, ventilatam Sect. 3. th. 3.* ubi habetur, prædictos illustres Dominos à *Bunau*, habere statutum, vi cuius agnati, simultaneè investiti, in possessoris seu oppignorationem, seu alienationem quartæ partis, noviter acquisiti feudi, necessitate requirente, semper deberent consentire, ut ne sc. fides generosa possessoris faciat naufragium.

§. XXVI.

Art. 9. Capitul. Joseph.) Quòd & foedera sint ejusmodi actus, qui non nisi solenni corroborari queunt juramentò, quidam Doctorum asserere præsumunt, quos *vid. apud Mylerum ab Ehrenbach de Nomolog. Ord. Imp. c. 6. §. 25. conf Zapfi discursus polit. de foederibus memb. 9. §. 3.* Verùm hanc sententiam frustraneam esse, & verba: *Bey Königl. Fürstl. Treuen / Ehren und Würden / ad firmanda foedera hòc ipsò sufficere, quia æquipollent juramento, hujusque habent vim, non solum docet Mynsing. cent. 1. ob. 17.* Sed & nulla lex, nullaque constans & perpetua consuetudo, quæ juramentum pro eorum exigat substantia, ostendi mihi insuper poterit. Tutius quidem est, in foederibus religiosam interponere assertionem, quia juramentum minimùm fortius conscientiam stringit atque ligat.

Mens excitari jurejurandò solet,
Ut bina diligenter evitet mala,
Culpari amicis & DEOS offendere.

Tullecken tract. de officio jud. p. 77. de necessitate tamen foederum non est, multò minus de eorù essentia. *Conf. Mylerus ab Ehrenbach d. 1. §. 27.* Sic A. 1653. Galliarum Regem, & Helvetiorum legatos, in templo D. Virginis convenisse, ibidemque tactò Evangelidò foedus invicem in initum jurejurandò confirmasse, testatur *Gokelius de Regibus Europ. c. 1. p. 9.* Idem dicendum esse autumo de pacificationibus. Nec aliter confirmata est pax illa religiosa de A. 1555. Cæsarem inter ac Status Imp inita, quam hisce solum-

K

modò



modò verbis: Alles bey Käyserl. und Königl. Würden / Fürstl. Ehren/wahren Worten un̄ pœn des Landsfriedens. *vid. Schœnb. Pol. L. 6. c. 6. p. m. 392. Hippolithus à Lapide de ratione stat. p. 1. c. 7. p. m. 123. Pax tamen Gallum inter & Hispanum A 1660. ita concludebatur: mensa nimirum afferebatur in conclave, ac solo tapes internebatur, quò ambo Reges (suum tamen quisque intra limitem) provoluti, nixisque genibus, jusjurandum pacis, bona fide servandæ, præstiterunt. *add. Ch. Weisii Polit. Fragen p. 1. c. 1. q. 36. p. 31.**

§. XXVII.

88. *Art. 47. Capit. Josephi*) Ad res, quæ solenne exigunt juramentum, pertinent porrò ex jure publico Capitulationes futuris Imperatoribus præscriptæ. Ad harum servandarum securitatem neutiquam sufficit promissio sub dignitate regia facta, sed majoris præcautionis ergò illa cum solenni jungenda juramento. *vid. Joh. Diet. de Gulich in illustratione Capitul. Josephi c. 4. §. 3. 4. Mylerus ab Ehrenb. c. 6. §. 22. Rauchbar. P. 2. q. 2. n. 90.* Ita enim habent verba: Solches alles un̄ jedes haben Wir obgedachter Röm. König den gedachten Churfürsten vor sich und in Nahmen des H. Röm. Reichs/ geredet/ versprochen/ und bey Unsern Königl. Ehren/ Würden und Worten/ im Nahmen der Wahrheit zugesaget / thun dasselbe auch hiermit und in Krafft dieses Briefs/ immassen Wir daß das mit einem leiblichen Eyd zu G. Ott und dem Heil Evangelio geschworen *re. Miror proin meritò cum Rumelino ad A. B. diff. 3. §. 17. p. m. 70* quare nonnulli sibi habeant persuasum, Imperatorem, non obstante hòc juramentò adhuc liberrimâ suâ uti posse potestate. Eò ipsò enim concedunt Imperatori licentiam veniendi contra fidem atque conceptis verbis pejerandi. Equidem de Josepho, hodierno Romanorum Rege, dubitare quis posset, utrù Juramento ad servandam capitulationem obstringere sese poterit, ob rationem, quia impuberes non obligantur ex juramento. Verùm cum omnis lex annalis sit civilis, & jus Nat. æque ac jus Can. magis respiciat intellectum & voluntatem, quam annos, hinc utique obligatus erit valide, siquidem de prudentia ejus, non dicam præcocitate, ætatem supplente, abundè satis tunc temporis constitit jam tum inter omnes. *Conf. oratio solen-*
- 89.

solennis illustrissimi Comitis Ottonis de Solms Hala Magdeburg. in laudem ejus habita. Interim majoris cautela ergo, & ut omnis occasio calumniandi præscindatur sycophantis illis, Jesuitis, una alterave in *ult. art. dict. Capitul.* denuò superaddita est clausula, quæ in Leopoldina non invenitur. *Tollenda mali occasio:* Homeri verbum est. *vid. annotamenta Fritschii ad Capitul. Joseph. art. 47. p. 168. Illustris Strykius in coll. Msc. ad eundem locum.* Idem quoque faciunt Reges Franciæ, ut ex jovis tabulis testis est *Carolus du Fresne ad A. 1654. in Glossario p. 162.* Nimirum & hi in actu inaugurationis, ac coronationis, jurare tenentur solenniter & corporaliter, cum alioquin, si subditis suis polliceantur quidpiam, id regio tantummodò confirmare soleant verbò.

§. XXVIII

§. 7. c. 1. Aur. Bull.) Vi Aureæ Bullæ Principes olim, & reliqui inferiores Status, juramento sese debuerunt adstringere ad securitatem præstandam Electoribus, per eorum territoria ad electionem Romanorum Regis tendentibus, ut *ex alleg. textu* satis clarè elucet. Sed an Electores quoque Electoribus conductum promiserint juratò; an verò eorum hîc potior præ reliquis Statibus fuerit conditio, scrupulum injicit Limnæus, omittens in sua editione Electorum vocem. Verùm cum reliqua exemplaria omnia, & in specie originale illud Francofurtense, mentionem faciant Electorum, non admittimus opinionem Limnæi. *vid. illustris Dn. Stryk. in Coll. Msc. ad A. B. c. l.* nec consequenter promissionem sub fide Electorali hoc casu sufficere, sed verum ab Electoribus dandum esse puto jusjurandum.

§. XXIX.

c. 2. §. 2. Aur. Bull.) Denique notandum, quòd Electores Romanorum Regem electuri, præstare quoque teneantur verum ac solenne juramentum per *alleg. text.* Nec igitur sufficiens erit hîc casu interpositio fidei Electoralis de idoneo eligendo futuro Romanorum Rege. *vid. Rhet. Inst. jur. publ. L. 1. r. 4. § 27. Coscejus in juris publ. prudentia c. 8. §. 7. n. 8. p. 163.*




CAP. IV.
De FORMA.

SUMMARIA.

- | | |
|---|---|
| 1. Forma juramenti interna. | 5. Quam ut species à genere. |
| 2. forma nostra promissionis solennis. | 6. Sed ut analogica. |
| 3. Promissio sub fide humana fit duplici modò. | 7. Cum hic non invocetur DEUS, ne quidem implicite. |
| 4. Differt promissio nostra à juramento non tam quoad effectum. | 8. Regula demum datur de forma. |

- E**Xiguum est spatium, quod datur perrecturis. Proinde erimus
1. breviores in hoc capite quarto. Juramenti forma, interna nimirum, veluti consistit in invocatione nominis divini (Rhadamanthi enim jusjurandum nihil ad nos) *Lauterb. in comp. jur. tit. de jurejur. Hahn ad Wesenb tit. eodem n. 6. Molenb. div. jurid. div. 1. cent. 2. n. 2. Setser de juram. L. 1. c. 16. n. 36. seqq. L. 3. c. 9. n. 31. Colleg. Fur. Argent. tit. de jurejur. n. 14.* Adeo, ut ceremoniæ, quæ aliàs adhibentur, non ingrediantur essentiam juramenti. *Ziegl. in jure can. p. 406.* ita è contrario forma & substantia promissionis, de qua loquimur, omnis ponitur in fide, non promiscuè qualibet, sed præcisè generosa, ut distingvatur ab illis formulis communioribus, *bey meiner Treu/ bey meinen Christl. Glauben / bey meinen Jungfräul. Ehren etc. Mundius vol. 2. cons. 10. n. 62. Fritschius in supplem. Speidel. Besoldiano p. 21.* Promissio enim, quæ fit sub fide humana, dicitur fieri vel sub dignitate vel sub honestate *Speidel. in addit. ad Besoldi thes. pract. voc. Eyd.* Et illa rursus vel sub dignitate nobili vel ignobili. Nos h. l. illam volumus intellectam. Differt igitur promissio, sub splendore nobilitatis contracta à juramento non tam quoad effectum (sic enim plerumque conveniunt invicem *vid. c. 6. infra.*) quàm potius ut species à suo genere, siquidem omnis promissio sub fide generosa facta (cæteris paribus) est quidem juramentum, scil. effectivè tale, sed non vice versa. *Gail. L. 2. ob. 59. n. 1.* Notanter autem dixi: *effectivè tale*, proprie enim loquendo evinci non poterit, quòd illa tanquam species vera contineatur sub juramento, *vid. supra c. 3. §. 2.* quia aliàs



aliàs exinde sequeretur, promissionem nostram esse quoque ob-
testationem religiosam, cùm quicquid dicitur de genere, neces-
sariò etiam de specie ejus affirmandum veniat. *Barbosa in Thes.*
loc. com. tit. Genus ax. 10. quod tamen hic loci minimè dici poterit
gentium. Neq; enim hic explicitè neq; implicitè invocatur DEUS. 7.
B. Struv. Exerc. 17. th. II. tit. de jurejur. conf. supra c. 3. §. 1. non attentis
illis, quæ habentur in supra citata dissertatione ad *c. quamvis 2.*
Ext. de pact. sub presidio ejus habita. Unde illa, bey Jungfrl. Ehen-
ren / minoris est efficacix, ita, ut, quod de promissione, bey Adel-
oder Freul. Ehen / dicitur, non statim ad illam promissionem bey
Jungfrl. Ehen / extendendum sit, utut promittens nobilis sit.
Fritschius in contin. thes. pract. Besold. sub voce, bey Junfrl. Ehen /
Conf. Wehnerus in Obs. pract. lit. B. verb. bey Glauben und Treuen.
Quotiescunque igitur, ut paucis me expediam, persona nobilis 8.
promittit aliquid sub fide sua generosa, toties rite est concepta
promissio, (cæteris sc. paribus) & consequenter illum effectum,
de quo infra *c. 6. §. 3.* agetur, sine dubio habebit. Ratio est, quia
sic forma adest, utpote, quæ suum dat esse rei. *Barbosa thes. loc.*
com. tit. forma ax. 7.

CAP. V.

De FINE.

SUMMARIA.

- | | |
|---|---|
| 1. <i>Finis juramenti est confirmatio actûs, cui adjicitur.</i> | 3. <i>Nec obstat, quod finis coincidat cum effectu.</i> |
| 2. <i>Promissio nostra ad eund. tendit finem.</i> | 4. <i>Quoad modum enim considerandi manent distincta.</i> |

Provehamur ulterius. Finis sicut omnis juramenti est, ut di- 1.
ctum atque gestum firmetur magis, sive, omne juramentum
tendit ad confirmationem actûs, cui adjicitur. *Schilterus in ma-*
nuduct. ad Phil. mor. c. 2. §. 19. p. 58. adeò, ut etiam juramentum ra-
tione finis non nisi unicum, confirmatorium nimirum, statuatur.
Strauchius in dissert. ad univers. jus diff. 25. §. 25. ita quoque pro- 2.
missio sub fide nobilitatis ad actum, eo magis firmandum, adhi-
betur. Et quamvis finis coincidere videatur cum effectu. *vid.* 3.
Schil-



- Schilterus in praxi Analytica p. 3. c. 5. §. 2. p. m. 232. & c. 1. ejusd. part. §. 8. p. 193.* ita, ut etiam confirmatio effectus dici, atque ad sequens caput pertinere possit, attamen id non simpliciter, sed certò tantum respectu accipiendum venit, sc. ita, ut confirmatio, & obligatio, juratoriae similis, finis dicatur ratione intentionis, effectus vero quatenus nunc existit, sive obtenta illa confirmatio & obligatio *conf. Schilterus d. l. p. 232. Hartung. Metaph. Jurid. c. 8. §. 13.* Nos h. l. agimus de fine ratione intentionis, non vero ratione executionis sive prout obtentus.

CAP. VI.

De Effectu.


SUMMARI A.

- | | |
|--|--|
| 1. Quà ratione confirmatio sit effectus nostræ promissionis? Q. | 9. Eorum ratio assertur. |
| 2. Effectus ejus non prorsus convenit cum illo juramenti. | 10. Ratio refutatur. |
| 3. Quod equipollet interdum juramento probatur per testimonia. | 11. Fallit nostræ assertio in Saxonia. |
| 4. Quousq; procedat illa convenientia juramenti ac fidei generose, traditur. | 12. Carpz. an rectè dispositionem juris Sax. restringat ad eos casus, ubi non requiritur juramentum formale. |
| 5. Ratio hujus rei assertur spuria. | 13. Afferuntur casus, in quibus nostræ promissio equipollet juramento. |
| 6. Afferuntur rationes genuina. | 14. In quibus non equipollet. |
| 7. Probatur denique, quod equipollet juramento nostræ promissio. | 15. An inducat perjurii poenam, controversitur. |
| 8. Negant hoc non nulli. | |

- I.** Hactenus de confirmatione promissionis nostræ, prout illa intenditur, & finis dicitur. Nondum sistendus est gradus, sed agamus nunc quoque de ea, ratione executionis, sive prout existit, & quatenus effectus est proprius, atque necessarium consequens apud Jctos pariter ac Philosophos audit. Consistit autem illa in vi atq; efficacia juramenti, non quidem quoad omnia, sed pleraque saltem: Unde quoque *præced. c.* diximus, obligationem promissionis nostræ similem esse Juratoriae, non vero eandem prorsus cum ea. Si dubitas de hoc, ad tot tantosque provoco Jctos,



Jctos, quorum nomen etiam dixisse sufficit. Videatur nimirum, nisi displiceat. *Gail L 2. Obs. 59. n. 1. 2. Ferem. Setser de Juram. L. 1. c. 16. n. 2. & L. 3. c. 9. n. 35. Gæddæus cons. Marpurg. 27. n. 176. vol. 1. Barschamp. de claus. c. 31. §. 2. n. 34. Mynsinger 1. Obs. 17. Schaffer quest. Jur. 36 n. 7. & 11. Celeberrimus Dn. D. Goclenius in disp. de fœmina illustri c. 13. n. 9. Meichsner tom. 1. decis. cam. 2. n. 30. & 142. Schurff. cent 2. cons. 37. n. 11. Vultejus consil. Marpurg 34. n. 91. vol. 1. Lesius de Just. & Jur. c. 24. n. 4. Surd. decis. 334. vers. contrar. tamen. Nolden de nobilitate c. 12. n. 41. Carpz. p. 2. const. 16. d. 1. n. 2. p. 2. const. 36. d. 9. Schvvederus in introd. in Jus pub. p. 2. Sect 2 c 17. §. 40. ibiq; Lynckerus in analectis, ut & in diss. de his, quæ Principum libertati perperam accensentur S. 1. § 15. Matth. Colerus de process. execut. p. 1. c. 10. n. 250. seq. Mylerus ab Ehrenb. do Nomal. Ord. Imp. c. 6. §. 1 & 7. Cothman. Resp. 22. n. 9. L. 4. Ruland. de Commissar p. 2 l 2. c. 11. n. 41. Nicolaus Vigelius decis. Jur. controu. cent. 6. q. 53. Schœnborn Polit. L. 4. c. 6. Tilmann. de benign. decis. Camer. 14. n. 31 & 34. Anton. Tessaurns decis. pedemont. dec. 47. n. 5. seqq. Besoldus cons. 295. n. 34 p. 246. cons. 13. n. 122. p. 294. cons. 32. n. 13. p. 42. Joachim. à Benst. in L. 3. §. Furari n. 14. ff. de Furejur. Lodov. Schrader cons. 1. n. 455. L. 1. Adrian. Gilman L. 1 decis. Cam. 14. n. 31. Limneus ad Capit. Car. V. art. 31. Crusius de iudiciis delict. p. 1. c. 98. n. 25. Wisenbec. cons. 10. n. 24. vol. 1. & cons. 52 n. 22. eod. vol. Mevius ad Jus Lubecc. p. 2. L. 1. ad rubr. n. 58. Franzk. de J. & J. n. 25. Covarruvias in cap. quamvis de pact. L. 6. §. 2. vers. nono ab ead. Stryk. de caut. contract. S. 2. c. 6. § 5. Molenbecius div. Jur. cent. 2. div. 1. n. 21. in addit. Rauchbar. Quest. Miscell. p. 2. q. 2. n. 56. q. 11. n. 63. p. 1. q. 34. n. 16. Gilhausen in arbor. Judic. p. 6. c. 6. §. 6. n. 6. Wehnerus in Obs. pract. lit. B. sub voce. bey Ehren/Treuen und Glauben/ Lauterb. in coll theor. pract. rit. de Furejur. §. 20. p. 799. Struv. Syntagm. Jur. civ. Exerc. 17. th 11. ibi demque Pet. Mullerus in not. Dietherr. in thes. pract. Besold. contin. sub voce: bey Fürstl. Ehren/ & sub voce: bey Treu und Glauben. Grot. de Jure B. & P. L. 2. c. 13. §. 22. Regner. Sixtinus vol. 3. cons. 12. n. 2. Arnoldus de Reiger. in th. Jur p 871. verb. promissio sub fide n 1. seq. & in addit. ibid. n. 3. ut & sub vocibus Princeps, nobilis. Freudenb. de rescript. morat. t. 7. concl. 30. n. 58. seqq. Richt. vol. 2. cons. 118. n. 5.*



- p. 521. conf. 176. n. 4. & §. p. 675. & n. 12. p. 677. conf. 265. n. 13. p. 837. conf. 268 n. 4. p. 845. conf. 286. n. 4. p. 867. conf. 293. n. 4. p. 887. Pruckmann. conf. 29. n. 79. Treutlerus vol. 1. disp. 21. th. 1. lit. a. Berlich. p. 2. concl. 21. n. 36. 37. Mund. vol. 2. conf. 9. n. 26. 86. conf. 10. n. 55. 59. & 234. n. 62. conf. 23. n. 25. n. 129. & seq. Hahn. ad Wesenb. tit. de Furejur. Mevius conf. 6. n. 13. 14. Seraph de Seraph. de privil. juram. priv. 87. Reink de reg. sec. & eccl. L. 2. cl. 1. c. 2. n. 7. Scil. quoad robur atq; observantiam contractus Wesenb. vol. 1. conf. 25. n. 23. & ad excludendum remedia rescissoria, de quo §. seq. 3. adeo ut ei contraveniri nullo modo possit. Ring progymn. prax. Jurid. p. 398. Conf. omnino Besoldus dict. conf. 295. n. 36. & Carpz. p. 2. const. 36. d. 9. n. 5. 6. ne quidem ad heredibus. Wehnerus d. l. non vero quoad perjurii poenam. Mullerus ad syntagm. Struv. Ex. 17. th. 11. De quibus infra §. 4. pluribus. Interim solliciti erimus de rationibus, cur tanta fidei Nobiliu tribuatur vis? Autor supra allegatae diss. de pactis renunciativis Sect. 4. §. 2. n. 10. seqq. propterea ei tantam efficaciam tribui asserit, quia hujuscemodi promissioni verè, quamvis implicite, verum inesset juramentum, insuperq; distinguit inter sensum hujus promissionis transitivum & intransitivum. Verum, præterquam quod illa ratio spuria sit ac falsa, insuper valde dubito, an Apollo allatam intelligat distinctionem, ipsis numeris obscuriorem Platonicis. Minimum quod ista meum transcendat ingenii captum, egomet Jovem jurare possum lapidem.
6. Veræ, solidæ, genuinæ & partim à priori, partim à posteriori desumptæ rationes hæ sunt, (1.) quia nobiles illam plerumque in vim interponunt juramenti. (2.) quia sic dignitatis eorum splendor redditur excellentior. Mylerus ab Ehrenb. de Nomol. Ord. Imp. l. c. (3.) quia nemo mentiri præsumitur. Vult. conf. Marpurg. 30 n. 28. vol. 3. Ergo multo magis nobili creditur, ipsique habetur fides, utpote pro quo præsumitur non tantum quoad qualitates in-sed & extrinsecas, Nobilitatem concernentes. vid. Klock. conf. 36. n. 59. & Mascardus de prob. vol. 2. conf. 1005. Pruckmann. conf. 2. n. 102. Borcholt. consult. 18. n. 22. vol. 1. Add. Mylerus ab Ehrenb. d. l. c. 1. §. 5. & c. 2. §. 1. seqq. Gæddens vol. 2. conf. 28 n. 49. (4.) Quia plerumq; Nobiles sunt personæ publicæ. Besold. Th. pract. ad auct. sub voce
- Cydeso



Sydesstatt / harum autem fidem & auctoritatem in dubium vocare piaculum esse creditur. *Arnoldus de Reiger d.l. sub voce fides.*

(5.) Quia plerumq; sunt constantes & verborum suorum tenaces. Quod autem promissio sub fide nobilitatis æquiparetur in Germania juramento, probatur (1.) ex antiqua fidei Germanicæ gloria. (2.) ex Imperialis Cameræ praxi. (3.) ex notoria Germaniæ consuetudine (4.) ex testimonio Jctorum, modò à me allegatorum. *conf. Myl. ab Ehrenb. de nomol. ord. Imp. c. 6. §. 9. usque ad §. 15.*

§. II.

Equidem promissionem, sub fide illustri interpositam, juramentum non esse, nec vices proin ejus posse supplere, tenent multi, nec infimæ eruditionis Jcti, quos ordine recenset *Mylorus ab Ehrenb. de nomol. ord. Imp. c. 6. §. 16. & Domin. Arumæus discursu Fur. pub. t. 1. diff. 12. rh. 4 p. 199.*

Potissima eorum ratio desumpta est à definitione, & habet ita: ubi non est divini Numinis invocatio, ibi nullum est juramentum. Atqui in promissione, sub fide illustri facta, non est invocatio Numinis divini E. Sanè si rem inspiciamus penitius, concedi potest totum argumentum. Nec enim nos dicimus, illam esse verum & formale juramentum, sed saltem in plerisque veri gaudere effectibus juramenti. Status igitur controversiæ paulò aliter est formandus, & à dissentientibus evincendum, quod sponsio, fide illustri vallata, effectivè non sit juramentum, sive quod vim non habeat juramenti. Sed tantum abest, ut hoc daturi sint effectui, ut succubuerint potius in probatione.

(2.) ratio est, quia perjurii pœna gravior ac durior est, quam fidei violatio. (3.) quia ex fidei præstatione non oritur actio & exceptio, quemadmodum ex juramento. *Wehnerus in Obs. pract. sub voce, bey Ehren/Treu und Glauben.* Sed exinde nihil amplius potest evinci, quam quòd in quibusdam, & consequenter non in omnibus, promissio hæc non æquipolleat juramento. Atqui nos non dicimus, illam juramento æquiparari quoad omnia, sed secundum quid saltem.

§. III.


Quando itaque dicimus, promissionem, fide generositatis vallatam, æquipollere juramento, id non ita jejune planè, & quasi

L


mens



- mens nostra esset, nullam prorsus dari exceptionem, & ubique id
12. procedere, sed cum grano accipiendum est salis. Primò enim
 novimus probè, in Saxonia promissiones personarum principa-
 lium, illustrium, generosarum ac nobilium, juramentis non æqui-
 parari, sed pro simplicibus haberi promissionibus. *Berlich cancl.*
21. p. 2. n. 39. *Freudenb. de rescript. morat. tit. 7. concl. 30.* *Carpz. p. 2.*
const. 36. d. 9. n. 1. *Colerus decis. 115. n. 3.* *Zobel. differ. 21. n. 12. p. 1.*
Lauterb. in Coll. theor. pract. tit. de Furejur. §. 20. *Rauchbar. p. 1. q. 34.*
n. 16. & p. 2. Q. 2. n. 58. Ex hac sc. ratione, quia magis commove-
 tur adversarius, quando ipsemet jurat, & sacra tangit. *vid. supra*
c. 3. §. 26. Quod eò magis mirum, quo certius est, olim apud
 Saxones plus valuisse promissionem, quàm juramentum ipsum,
 uti scribit *Sidonius Apollinaris* in epistola quad. ad *Numatium*. Et
 quamvis *Carpz. p. 2. const. 36. d. 9 n. 2.* dispositionem juris Sax. re-
 stringat ad eos solummodò casus, in quibus verum, solenne ac
 corporale juramentum pro forma, aut ad soliditatem requiritur
 actus, attamen ipsi quoad hoc adstipulari nullatenus volo. Ete-
 nim si hoc verum est, nihil possum invenire differentiae jus Sax.
 inter ac commune, cum & extra Saxoniam toties solennis neuti-
 quam sufficit promissio, quoties ad soliditatem actus necessarium
 est juramentum. Deinde novimus *ex §. preced.* & istud, quod in
 quibusdam saltim effectum juramenti formalis habeat talis
 promissio. Regulam itaque ponimus quidem hanc: quantum o-
 peratur verum & corporale juramentum, tantum quoque fidei
 sub splendore nobilitatis interpositio. *Gail. L. 2. obs. 59. n. 3.* *Mo-*
lenbec. divis. jurid. cent. 2. div. 1. n. 2. Sed admittimus tamen insimul
 exceptiones, cum nulla regula tam firma sit, quin non suas patia-
13. tur exceptiones. *Barbosa thes. loc. com. tit. regula ax. 2.* Gaudet au-
 tem in eo promissio nostra communi effectum cum juramento,
 quòd (1.) debeat explicari secundum naturam contractus, cui
 apponitur *Gail. c. l. n. 5.* quando quidem nec juramentum, con-
 tractui de jure N. invalido appositum, valet, sed secundum natu-
 ram ejus, cui adjicitur, intelligendum venit. *conf. supra c. 3. §. 16.*
 Ergò qualis contractus, talis promissio, si ille nullus de jure N.
 promissio nulla quoque omnino erit. *vid. supra c. 3. §. 1* Notanter
 autem



autem dixi: Si ille jure naturali sit invalidus: civiliter enim turpem corroborari interdum posse per fidem generosam, mox dicturi sumus. (2.) Operatur illa clausula, bey Adel. Ehren und Treuen/ ut ex contractibus stricti juris fiant contractus b. f. arg. l. hoc jure 152 §. ult. ff. d. R. J. Consil. Marburg 24. n. 210. Mylerus ab Ehrenb. de Nomolog. Ord. Imp. c. 2. §. 2. Conf. Dn. Lynckeri diss. de his, qua Principum libertati perperam accensentur Sect. 1. §. 17. Wesenbecius conf. 10. n. 30 (3.) Ut, si obligationi illa clausula accedat, debitor constituatur in mora, licet non fuerit interpellatus. arg. eorum, qua habet Aemilius Ferretus in tract. de mora n. 18. p. 18. & Everhard. à Middelburg in loc. Arg. leg. loco à juramenti vi & c. 130 n. 43. Conf. Petrus Mullerus in Not. ad Synt. Struv. Ex. 17. th. 11. (4.) Facit ex indebito debitum. (5.) Habet eandem cum litis contestatione vim. arg. eorum, qua habet Dn. D. Hartung diss. de formula an Eydesstatt th. 15. & Everhard. in Top. Leg. l. c. n. 49. Add. Muller. l. c. (6.) Habet vim renunciationis, & facit contractum valere omni meliori modo, quo valere potest. arg. l. 77. §. 24. ff. d. Leg. 3. Conf. Besold. conf. 295. n. 37. vid. suprà c. 3. §. 16. inf. (7.) facit, ut quis præcise teneatur ad factum, nec præstando interesse liberetur. (8.) obligat ad turpia civiliter talia, modò non tertio, aut æternæ salutis imminet exinde aliquod præjudicium: nam si hoc, nullam producit obligationem, de quo etiam casu volumus intelligi, quæ posuimus c. 2. §. 1. & c. seq. Neque obstat, quod diximus suprà P. 1. objectum nostræ promissionis esse actum, sive rem possibilem: intelligimus enim ibi actum jure naturali talem: civiliter ergo turpis potest convalidari per promissionem, nisi sit mixtus, aut pro forma requirat juramentum. Si hoc non arridet, possumus respondere de jure ean. (quò nos respicimus) etiam actum civiliter impossibilem esse possibilem. (9.) Tollit præsumptionem doli. (10.) Supplet solennitates in gratiam certarum personarum introductas. Mullerus in not. ad Syntag. Struv. c. l. (11.) efficaciam obligationis, robur contractus & validitatem actus, cui accedit, ad quoscunq; transmittit successores, ib. (12.) reddit privilegia irrevocabilia. vid. suprà c. 3. §. 2. (13.) inducit animum paciscendi. (14.) parit indicium. Crus. de indic. delict. p. 1. c. 98. n. 27.




(15.) Exigit speciale mandatum. *vid. sup. c. 3. §. 6. & c. 2. §. 4.* (16.) inducit interdum pœnam gravorem, si sc. directo contra ipsam agatur in notabile detrimentum Reip. *arg. eorum qua habet Barbosa l. c. tit. nobilitas ax. 11. Conf. Lieben Exerc. Pol. 10. q. 12.* (17.) testatur de enixiori voluntate promittentis *vid. supra c. 3. §. 5.* unde contractui adjecta, plurimum ei conciliat roboris. *Carpz. P. 2. const. 36. d. 9. n. 5. 6.* Plures effectus, juramento ac huic promissioni communes, *vid. apud Dd. ad Auth. Sacramenta puerum. C. si adversus vend. in c. cum contingat d. jurejur. & in c. quamvis d. pact. in 6.* Imprimis autem *conf. Everhard. à Middelburg. l. c. per tot.* Ubi operosus admodum est in recensendis veri juramenti effectibus, quos suo modò, adhibitò sc. acumine τῆς κείσεως, huc applicare poteris.

§. IV.

14. Paucis videamus de nonnullis regulæ fallentiis atque exceptionibus. Toties promissionem sub fide generositatis non æquivalere juramento, quoties lex pro forma exigit juramentum, aut actus celebratur judicialis, supra exposuimus generaliter *c. 3. §. 1 & 23. Addatur Petrus Mullerus in Not. ad Struv. Syntagm. Ex. 17. th. 11.* Hic porrò observandum in specie, quod promissio nostra, præterquam quòd non possit confirmare actum naturaliter impossibilem (1.) non convalidet pactum hereditatis renunciativum *vid. supra c. 3. §. 11.* (2.) neque reddat testamenta irrevocabilia *vide supra c. 1. §. 12.* (3.) nec tollat remedia possessoria. *Wehnerus in observ. pract. sub voce: bey Ehren 2c.* (4.) Quod si nobilis datam delibet fidem, contra eum non possit agi ad destructionem ac destitutionem honoris. *Mullerus & Wehnerus l. c. sub voce: bey Schelm schelten. vid. tamen supra c. 2. §. 1.* (5.) instrumentum, in quo debitor se obligavit sub fide illustri ad debitum certò die exsolvendum, non paratà habeat executionem; *diff. Scharodus ad l. fin. C. de Edict. div. Ad. toll. n. 13. Mullerus d. l. et & Wehnerus d. l. sub voce, bey Ehren conf. Everhardus à Middelburg in loc. Arg. Leg. loc. à vi juramenti 130. n. 50.* Nam utque hæc sententia allegatorum dissentientium Doctorum olim fuerit recepta, teste *Mindano L. 2. d. mandat c. 71. n. 7.* & juramentum aliàs paratam habeat executionem, non aliter atq; sententia ipsa.

i. sed



l. sed si possessori ii. §. pen. ff. d. Furejurando. Barbosa Thes. loc. com.
tit. juramentum ax. 41. Hodie tamen abrogatam esse eam dicit
Mylerus ad Ehrenbach de Nomol. ord. Imp. c. 6 §. ult & Freudenberg
de rescript. morat tit. 7. concl. 30. adeo, ut si nobilis in chirogra-
pho vel cautione, in einer Haupt-Verschreibung / sub prædicta
lese obligaverit formula, mandata sine clausula desuper decerni
nequeant, propter Deputations-Abschied de A. 1600. zu Spener
§. Wann in einer Verschreibung. An autem & hæc sententia My-
leri deducatur ad praxin, mihi equidem non constat (6.) Non
impediat restitutionem in integrum. vid. supra c. 3. §. 3. Nec (7.) 15.
pœnam inducat perjurii. Lauterb. coll. theor. pract. tit. de Furejur. §.
20. p. 799. Wesenb. cons. 23. n. 56. & in ff. r. de Furejur. n. 6. Zasius inc.
præterea de Furejurand. Feltmann. resp. milit. 9. n. 64. Fritsch. in Thes.
præst. Besold. cont. sub voce, auf parole, Cavaliers-parole. Add. diff. D.
de Burg. de perjurio c. 1. th. 7. & c. 4. th. 8. (dissentit Gail. L. 2. Obs. 59.
ubi n. 6. testatur, in Principibus viris, nullam observari diffe-
rentiam inter promissionem juratam & injuratam, sed in Camera
promissionem Principis vel illustris personæ sub sua fide interpo-
sitâ, in omnibus vim vere juratæ promissionis habere). Ut enim
promissio, sub fide generosa plerumq; æquipolleat juramento
quoad firmitatem obligationis, ita ut ei sine perfidia nullatenus
contraveniri queat; attamen quoad perjurium illam æquipara-
tionem non procedere, communis ferè Doctorum est opinio,
quandoquidem verè perjurus dici non possit, qui simplicem af-
fertionem, fidei interpositione confirmatam, est transgressus.
Ubi enim non est invocatio Nominis divini, ibi non potest esse
perjurium, sive cultus & Nominis divini neglectus. Ubi verò nul-
lum perjurium, ibi nulla perjurii pœna. Inducit tamen pœnam
aliam, quorsum pertinet, quod perfidi non possint succedere
in fideicommissis familiarum illustrium. Knippschilt de fidei com.
fam. illustr. c. 8. n. 449. Objicit quidem Gailus L. 2. Obs. 59. n. 7. &
dicit, quod Deus non faciat differentiam simplicem loquelam
inter ac juramentum, quia sicut in juramento nullum conveniret
esse perjurium, ita quoque in verbis nostris nullum deberet esse
mendacium, cum utrumque, & perjurium & mendacium pœna
divini



divini damnetur iudicii per *c. juramenti* 22. q. 5. *Sed extra calcem!*
 Etenim sicuti libens lubensque concedo, & mendacium & per-
 fidiam Deo displicere, & hinc ab ipso severiter animadverti in-
 perfidos; ita nego atque pernego inter illa quoad poenae iden-
 titatem nullam faciendam esse differentiam, sive nego, quod
 eod. plane modo puniatur perfidia, quo perjurium punitur: ut
 enim perjurium ac perfidia differunt, ut delictum gravius atque
 levius, ita quoque poenae diversae ut sint, necesse est. *Wehnerus*
Obs. pract. sub voce bey Ehren / poena enim proportionata esse
 debet delicto ac conveniens. *Barbosa in Thesuro l. c. tit poena ax.*
 47. Id saltem videtur sequi ex rationibus à Gailo adductis. Deus
 & perjurium & mendacium sui iudicii damnat poena, E. neutrum
 licet impunè committere. Minimè verò gentium ita inferen-
 dum: Ergo eadem plane poenâ, quam promeret perjurium, di-
 gna est perfidia. Nec est, quod quis dicat cum *Arnoldo de Reiger*
 fidei praestationem & juramentum procedere à pari, & hinc fidei
 violationem non mitius quam perjurium puniendum venire.
 Ita enim habet in *addition. ad Mynsing. Obs. 17. cent. 1.* *Daraus*
dann unwidersprechlich erfolgt / wann ein Fürst / Graff und von
Nidel etwas zusaget zc. er solches von Rechtswegen eben zu halten /
als ob er solches mit einem leiblichen Eyd geschworen hätte / bey poen
des MeinEydes schuldig. Binis namq; respondeo: argumentum
 à pari eousque tantum procedere, quousque paritatis id admittit
 ratio, vel pueris etiam notum est. *Conf. Barbosa l. c. tit. de Paribus*
ax. 11. Quicquid denique sit, sententia Gailii, quamvis juri adeo
 consona non sit, in Camera tamen recepta est imperiali.

CAP. VII.

De Relaxatione promissionis sub fide
generosa factæ.

SUMMARIA.

- | | |
|---|---|
| 1. Qui contra juramentum vult
venire, opus habet relaxatione. | 4. Affirmat id <i>Struvius</i> . |
| 2. An quoque ille, qui contra fidem
generosam? controversatur. | 5. Assumitur sententia affirma-
tiva. |
| 3. Negat id <i>Mevius</i> & <i>Carpz.</i> | 6. Respondetur ad rationem dissen-
sientium. Pro- |



Procurremus ad metam: Nihil enim amplius restat, quam ut paucis dispiciamus de promissionis, fide generosa vallata, dissentaneis, atque ratione eam dissolvendi. Quod ille, qui contra præstitum venire vult juramentum, opus habeat relaxatione, certum est. *vid. Carpz. p. 2. const. 36. d. 2. imprimis jure can. ubi etiam juramentum, quod ipso jure nullum est, opus habet absolute. per c. 18. Ext. de Furejur. Conf illust. Stryk. diss. de diff. jur. Can. & civ. diff. ult. dec. 11. Quando autem, & quas ob causas, illud relaxari queat, vid. apud Mylerum ab Ehrenb. de stat. imp. p. 2. c. 44. §. 13. Addat. Schilterus in Mannduct. ad Phil. Moral. c. 2. §. 22. p. 61. & dissert. de relaxatione juramenti ad effectum agendi sub præsidio B. Struvii 1692. Fena habita. An vero & ille, qui aliquid spopondit bey Udel. Ehren / non nisi impetratâ venia, atque promissionis relaxatione ei contravenire possit, non satis liquet, sed Autores hac de re in diversas scinduntur partes, nec magis inter ipsos convenit, quam inter Babylonicæ turris exstructores. Negat id Mevius P. 1. dec. 132. n. 7. Carpz. const. 36. d. 10. ex hac ratione, quia relaxatio juramentum præsupponat formale. Gail L. 1. obs. 25. n. 5. Rennem in jurisprud. memb. 4. disp. 30. §. 48. ita enim Carpz. d. l. n. 3. est illa promissio (bey Fürstl. Udel. Ehren) loco juramenti saltem quoad observantiam contractus, & ad excludendum remedia, non vero quoad pœnam perjurii, de quo cap. præc. §. ult. & n. 5. dicit: absolutio à vinculo juramenti necessaria est ad evitandam saltem perjurii pœnam. Cessante E. n. 6. in promissione personarum illustrium perjurio, nec tum impetranda erit absolutio. Affirmat id Dr. Struv. dict. diff. §. 21. c. 2. p. 33. propterea, quoniam talis promissio æquiparetur juramento, realiter præstito, ideoque relaxationem à tali promissione æque ac à juramento impetrandâ esse adstruit *ibidem*. Cui sententiæ & nos, veritate rei convicti, subscribimus in præsentem, ut ut præjudiciô quôdam suam reddat sententiam probabiliorem Carpz. d. l. Ad rationem ejus respondemus, negando, quod omnis relaxatio formale præsupponat juramentum, & statuimus, quod tantum relaxatio, ad evitandum perjurium facta, præsupponat juramentum validum, ad id vero, ut vinculum atque notam à nobis declinemus perfidiæ, promissio etiam suffi-*

1.

2.

3.

4.

5.

6.



sufficiat solennis, juramento quoad effectum æquipollens. Nec obstat, quod nonnulli dicant, ejusmodi promissione, etiamsi illa non seruetur, haut offendi summum illud, quod hic non invocamus, Numen divinum. Negamus enim & hoc, & putamus hoc ipso graviter offendi DEUM, dum Nobiles atque illustres fidem non liberant in vim juramenti interpositam. *vid. c. 12. caus. 22. q. 5.* Et quamvis perjurus non fiat, fidem nobilitatis frangens, & hinc propter perjurium opus non habeat relaxatione à promissione, perfidiæ tamen erit reus, à qua ut liberetur, indiget omnino illâ. *Conf. que habet Puffendorff L. 4. c. 2. §. 2. in f. de jur. N. & G.* Objectioni E. illi: ubi nullum juramentum, ibi nulla relaxatio à juramento, laconicè ita respondemus: ubi nullum juramentum, ibi nulla relaxatio neque ob vinculum perjurii neque perfidiæ. Sed sic negamus majorem. Coram quo autem fieri debeat relaxatio, *vid. Dn. Rhet. Inst. Jur. pub. L. 2. t. 3. §. 26.*

Sit

Gloria Tibi Pater

Fili

& Spiritus Sancte

Amen!



Ad Nobiliss. & Generosissimum Dn. de BARNER,
Equitem Megapolit. De promissione sub *Fide*
generosa publicè disputantem.

Obligat ingenuos *simplex promissio.* Quare
Fortius obstringit Te *generosa fides.*
Hanc Patriæ dederat tua quondam industria. Sed nunc
Illustri factò promicat ista *fides!*

Rinthelii, d. $\frac{18}{28}$. Decemb.

An. 1695.

Gratulabundus

scrib.

JOH. KAHLER, Theolog.
& Mathemat. Prof. Ord.



*M*agna quidem dos est fortuna nobile stemma,
Atque à nobilibus nomen habere viris.
Ast nisi juncta simul generi sit propria virtus,
Stemmatis excelsi gloria sæpè ruit.
Cum virtutes simul juncta est ubi sanguine celso,
Nobilitas generis clarior esse solet.
Nobilis hinc verè es Mi BARNER, suavis amice!
Et mage coruscas nobilitate tuâ,
Dum de vi fidei generosæ differis arte,
Defendens docto lemmata digna viro!
Hinc Themis alma tibi jamdum meditatur honores,
Et virtute tuâ præmia digna parat.
Expectatque tuus te Clementissimus herus,
Ut te condignâ prosperitate beet.
Gratulor hinc animo tibi de virtutis honore
Fortunâque tuâ, prospera cuncta vovens.
Et, si qua poteris unquam, curabis id ipsum,
Semper ut incolumis sit generosa fides.

Paucis hisce prolixum suum affectum erga
generosum Dominum Respondentem
explicare voluit

PRÆSES.

M

AN



AN servare fidem Juri, BARNERE, studebis,
 Ut defensa tibi stet generosa fides?
 An Marti dederis generosus iturus in hostem
 Hæc veluti demum sit generosa fides?
 Ast dederis Marti! Juri servabis eandem,
 Cur? Hostile nefas reprimet ipsa Themis.

*Hæc Generosa Dno. Respondenti, nunc hinc disce-
 denti, in sui recordationem, cum voto omnis
 desiderata prosperitatis apposuit*

EDUARD FRANTZ GOCLINIUS, D.
 & Pandect. Prof.



01 A 6559

ULB Halle

3

002 936 151



Sb.

Vb 17





Dissertatio Juridica,
De
**PROMISSIONIBUS
GENEROUSA FIDE
VALLATIS,**

Vulgò
Von der



Cavaliers = Parole,

oder dem Adel. Wort/

QUAM,

Triade sacrosanctâ auspice,
SUB PRÆSIDIO

VIRI *Excellentissimi, Prænobilissimi, Consultissimi*que

DN. HERMANNI ZOLLII,

JCti, & in hac alma propter Visurgim Hafsö-Schaum-
burgica Universitate Antecessoris PRIMARII,

Præceptoris, & Fautoris sui plurimum colendi,

Publicè ventilabit

AUTOR

DIETERICUS CHRISTOPHORUS
à BARNER, Equ. Megapolit.

D. 20. Decemb. 1695.

IN JCTORUM AUDITORIO.



PRINTHELDI,
Typis HERMANNI AUGUSTINI ENAX, *Academ. Typogr.* M DC XCV.

